12

JVRIS CIVILIS
ET
STATVTARII LVNEBVRGICI
DIFFERENTIÆ INSIGNIORES.

ACCVRANTE STVDIVM
JOANNE FRIDERICO KRVGERO
LVNEBVRGENSI
J. V. CANDIDATO.

ACCESSIT

JOANNIS PAVLLI KRESSII
JVR. P. P. IN ACADEMIA JVLIA
EPISTOLA AD AVCTOREM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

HELMSTADII,
TYPIS HERMAN. DANIEL. HAMMII, ACAD. TYPOGR.
MDCCXVI.

Digitized by Google

NOBILISSIMO VIRO JVVENI

JOANNI FRIDERICO KRVGERO,

SALVTEM ET OFFICIA DICIT

JOANNES PAVLLVS KRESSIVS
JVRIVM P. P. IN ACAD. JVL.

COmmune plerorumque ex academiis abeuntium, patriosque lares repetentium elogium eſt, quod ABSOLVISSE dicantur. Imo ſibi ipſis plurimi hoc verbo placent adeo, vt quare vitam academicam reliquerint quæſiti, ſatis confidenter reſpondeant: quia ABSOLVIMVS. Neque vero perperam ita reſponderent, ſi modo debita accederet penſi abſoluti explicatio. Abſoluerunt enim plura omnino plures: vitae genus licentioſum, conſuetudinem ſuperiores contemnendi, paribus inſultandi, inferiores plane ſupprimendi, impunem, vel à debita etiam cenſura exemtam; abſoluerunt vel conſumſerunt naturae vires, parentum & cognatorum opes, &

rem pretioſiſſimam, tempus iuuentutis, partem omnis aetatis cariſſimam, nec vnquam recuperandam. Abſoluerunt audire adulatores, laudatores, & etiam quando male egerunt aſſentatores. Abſoluerunt ſpernere, ridere, maledictis injuriisque compenſare, vere bene ipſis cupientium, illorumque ſalutem reſpicientium monita & praecepta. Ecce abſolutionum quandam fere farraginem, quis ergo dubitaret de veritate dictionis: A B-SOLVIMVS. Aſt tam cordate & genuine abſoluere ſuum non exponunt, qui abſoluti apparere volunt, ſed de doctrina deque eruditione jactationem ſuam intelligunt, quaſi curſu ſtudiorum confecto, vel, vt in proaemio inſtitutionum habetur: Toto legitimo opere perfecto, *nunc ſecure in patria omnibus ſtudiis cum academia valere iuſſis otio indulgere poſſent; in quo tamen egregie falluntur. Nam ſcite & ex vero non nemo ſapientum vitam hominis in tres partes deſcribit:* Schola, *inquit,* inchoat, vſus confirmat, aula illuſtrat. *Scilicet dies noſtri ſunt labor continuus, homo natus eſt ad laborandum, vt auis ad volitandum. In academiis mera futuri operis initia, mera molimina conſpiciuntur. Praeparatur tantum animus & componitur ad ardua, quae in reliqua aetate peragenda occurrunt. Modus perſequendi & locupletandi vtilem eruditionem ſolus commonſtratur. Audiuntur in omni diſciplina regulae ſaltim primae & axiomata generalia, quibus dein tuto magis ſingularia ac peculiaria ſuperſtruenda ſunt, quo firmiter & inconcuſſe quieſcere poſſint. Perpendiſti hoc tecum OPTIME KRVGERE, AMICE CARISSIME, & admonitiones quas iam per Dei gratiam, plus quam mille audito-*

auditoribus inculcaui recta ponderaſti lance. Obſecutus es conſiliis meis in Academia Salana, Fridericiana & noſtra inclyta Julia, imo vita academica tranſacta, hodienum in patria, celeberrima, puto Luneburgenſium vrbe. Facit his laudibus fidem, ſcriptum TVVM non ita pridem ad me transmiſſum, quod non ſolum me, hoc enim maleuoli meo in TE affectui adſcribere potuiſſent, ſed etiam Decanum, JCtum celeberrimum Leyſerum noſtrum expertum eſt idoneum approbatorem. Sed propius ad ipſum librum TVVM. Laudem mereris, quod poſtquam in academiis iura communia, ciuile, canonicum, feudale, quaeque ex legibus germanicis & conſuetudinibus vniuerſalibus paſſim ſyſtematibus ſuis inſeruerunt Doctores, audiendo percepiſti, iam de ſingulari patriae iure cogitaueris. Stultitia enim vel certe miſeria eſt, noſſe tantum generalia, ignorare ſpecialia, peregrinis inſtitutis eſſe imbutum, domeſticis ne tinctum quidem. Satis naeuum hunc notarunt, Schilteri, Hertii, Werlhofii, Beyeri, & qui etiamnum florent, mihique ipſi litteris ſuis omni humanitate refertiſſimis ſaepius adiutum venerunt, Wenckeri, Burgmeiſteri, Dattii, viri non meam, ſed vel diſertiſſimi laudem iamdudum ſupergreſſi, quorum veſtigia rectiſſime & accuratiſſime legiſti. Imo quod non tantum ius TVVM municipale perdiſcere, ſed differentias illius a iure communi diſtincte annotare TIBI placuerit, in eo iterum egiſti, quod Strykii, Kemnii aliique, exemplo ſuo in variis opuſculis praeceperunt, quodque a Ludewigio peculiari ſchediasmate, inter praecipua iuris ſtudia relatum eſt. Perſecutus es caetera totum inſtitutum, methodo concinna & perſpicua, ſol-

ſcite quis ſit tam iuris communis quam patrii ſenſus indagando & diſcrimina exacte ſubnectendo. Condigne quoque vel ex eo operam TVAM locaſti, quod ita iubeant & celebritas vrbis Luneburgenſis & praeſtantia legum illius. Nam alibi ſat erudite oſtendiſti, quod haec Saxonum metropolis, conditores & reſtauratores laudet, glorioſiſſimum par Henricorum, Aucupem nempe & Leonem: Licet etiam ſint, qui prima initia plane poſteriori magno principi adſcribant, id tamen cum iam Diethmaro L. VI. ciuitas ampla, *Lamberto Schaffnaburgenſi ad annum 1073.* oppidum maximum, *Brunoni Ottonique Caeſari in diplomate ad annum 959. Quidlinburgenſibus dato*, vrbs *dicatur, recte refutaſti, quodque ab Henrico Leone nouus ſplendor tantum e deſtructo quondam adiacenti Bardeuico, acceſſerit, vt proinde ab Henrico Aucupe condita, ab Henrico Leone illuſtrata ſit, diſtincte obſeruaſti. Hiſtoriam legum, nec ſine ratione, vt puto, ita pertexis. Prima illarum cunabula prodierunt Lipſiae anno 1488. die Sabbathi, penultima Auguſti, vbi ſpeculo Saxonico Latino-Germanico auctuarii loco ſubiiciuntur. Repetiit inde illas vir ſummus Leibnitius noſter &* N. XLI. tom. III. Antiquitat. Brunſuic. *indidit. Confirmauit easdem optimus princeps noſter Otto puer, diploma conſcriptum eſt anno 1433. die Vitalis ſancti martyris, verba illius ita fluunt:* Ultimo autem omnia illa iura quae ciuitas a prima ſua fundatione habuit, vsque ad tempus hodiernum ei ſtabilimus praeſenti privilegio, confirmamus. *Continent hae leges fere vnicam ſuccedendi rationem, more reliquarum legum Germaniae, quibus dein certi articuli,*

quos

quos adpellant: Die Eddags-Articul, *qui ſingulis tribus diebus annuis:* Die * Eddage *dicuntur, ciuibus quondam praelegebantur, vt & proceſſus criminalis ad morem veterum Saxonum, acceſſerunt. Immutatis cum tempore ciuium inſtitutis, immutandum augendumque etiam fuit ius noſtrum, neque enim breuitas, & quaſi paupertas veteris iurisprudentiae, quadrat moribus recentioribus, vel magis elegantibus, vel magis luxuriantibus. Suſcepit reformationis opus iuſſu ſenatus, Henricus Huſanus J. U. D. & ciuitatis Syndicus, prodiit poſt confirmationem typis publicis exſcriptum anno 1577. die III. Januarii & iteratis vicibus locupletatius anno 1582. 1583. iubente ſenatu, acclamantibus tribunis, ſi partem octauam & nonam demis, quas ordo ciuium ſuas facere noluit. Inter commentatores fere ſolus Henricus à Daſſel J. U. D. Caeſari & Archiduci a conſiliis, noſcitur. Natus eſt anno 1557. fato autem deceſſit anno 1608. Deſcripſit totum opus in duas partes, prima ad* l. omnes populi ff. *de J. & J; altera & duplo ampliori ad conſuetudines Luneburgicas commentatur, vt tamen non exhauriat totum argumentum, ſed fere ſolam ſuccedendi rationem apud Leibnitium dict. tom. III. recitatam exponat. Excuſus eſt liber anno 1592. Hamburgi & dein ſine mentione loci anno 1600. Jungi meretur Daſſelio diſſertatio viri* Patriciorum *ordinis, Georgii de Wizzendorf, perilluſtri Lynckero quondam praeſide anno 1699. apud Jenenſes habita. Illud ad commendationem iuris noſtri non omittendum,*

* *Sine dubio* Eddage *ſunt dies legitimi Eva enim vel Ewa legem notat, vnde noſtrorum* Ehe & Ewald *ſiue tutor.* vid. Schaten. *hiſtor. Weſtph. p. 564. in margin.*

tendum, quod iſti in pluribus conſpirent Lubeccenſium & Hamburgenſium inclytae leges, & quod olim vicina oppida in quaeſtionibus difficilioribus, iudicium Luneburgenſe ierint conſultum, vt quondam anno 1619. Dannebergenſium, qui circa ſenſum P. VI. tit. I. ſect. von Frauengerade §. ſind nur Söhne, *dubii haerebant exemplo conſtat. Imo & à ſenatu Harburgenſi huc appellatum eſt initio ſeculi XVI. adhuc, quem appellandi ritum plane Duces noſtri Bernardus & Henricus in Receſſu ann. 1407. die veneris poſt diem ſancti Tiburti & Valeriani, approbarunt. Ultima confirmatio iuris noſtri occurrit in Receſſu ſolenni anno 1639. vbi Duces Fridericus & Georgius ita ſtatuunt:* Daß ſie (die Lüneburger) ihre eigene Statuta und Gewohnheit hergebracht, ſo thun wir ſolche confirmiren &c. *it.* an Stadt-kündigen Stadt-Recht laſſen wir in ſeinen Würden &c. *Illuſtrabunt haec a Te collecta omnia, fata iuris Luneburgici ſatis bene in gratiam eruditorum, illuſtrabit opuſculum obſeruantiam illius & vſum forenſem, in gratiam poſtulantium cauſſasque perorantium. Affundet etiam TIBI, vt ſpero, ſat lucis, vt licet forte maligni amplius caecutire velint, & quam bene de lege municipali meritus ſis videre nolint; attamen boni iuſtis oculis aſpecturi laudabiliſſimam TVAM operam, facile definituri ſint quam digna ſit mercede & decenti & copioſa*

perſcriptum in academia Iulia MDCCXVI.

die XVIII. Iulii.

AVCTOR
LECTORI AEQVO ET CANDIDO
SALVTEM

LEgum Romanarum placita mirabili juris Saxonici & Lubecenſis temperamento ad Reipublicae noſtrae formam traducentibus Statutis noſtris, à quibusdam fori obſeruantiam temere denegari indignum mihi viſum fuit ſemper. Quodſi enim natales illorum reſpiciamus, non in ciuitatem hanc illa ſub & obrepſiſſe, nec clam vel precario induci coepiſſe, ſed habito cum ciuium antiſtitibus conſilio publice recepta eſſe ſtatim apparet. Jam vero, cum & *ex fronte Part. II.* *haec judicio populi ſemel probata, quare eadem ſtare adhuc negabimus? Quae cum ita ſint, nemini bilem moueat, quod JVS NOSTRVM illa vocauerim, cum & ſola conſuetudo JVS MORIBVS CONSTITVTVM*

ap-

Digitized by Google

in l. 32. ff. de LL. *appellari diu ſueuerit. Seriem capitum in Statutorum libro praeſcriptam non obſeruaui, ſed potius totam diſſerentiarum ſequentium materiam ſex abſolui capitulis, quorum I de Dominio II de Haereditate III de Contractu IV de Delictis, quorum tamen deciſio ciuium noſtrorum voto non eſt probata V de Proceſſu VI denique de Jure perſonarum diſſerui. Tu Beneuole Lector quae placent aequi bonique conſule, quae minus ad guſtum ſunt accommodata, emenda faueque*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Auctori

Q

Q. D. B. V.

DIFFERENTIARVM INSIGNIVM JVRIS CIVILIS ET STATVTARII CIVITATIS LVNEBVRGI

CAPVT I.

DE DOMINIO ET RERVM JVRE.

§. I.

JVRE CIVILI licet rerum haereditariarum haud exiguus ſit fauor, domusque in qua pater defecit, minor creuit, ſine decreto magiſtratus vendi non ſit permiſſa *l. 22. C. de admin. tut.* adeo vt bona in dubio pro auitis cenſenda velit BERLICH. *P. II. concl. 13. n. 6.* comparans illa cum feudalibus, in quibus probatio quod noua ſint, imcumbit affirmanti; *II. Feud. 11.* attamen, quod ex origine aui vel patris deſcendant, nihil prodeſt, quo minus alienatio earum etiam ſine conſenſu haeredis facta rata maneat *l. ſi auia 19. C. de donat.*

JVRE NOSTRO municipali quo & vrbis & familiarum ſplendori maxime conſulitur, egregie cautum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

tum eſt, ne bona immobilia auita die unbewegliche Stammgüther ſine haeredum conſenſu alienentur ORDIN. POLITIC. *P. II. tit. 1. §.* gleichergeſtalt & *P. VI. tit. 10. §. 2.* nec ille tantum requiritur in alienatione inter viuos ſed etiam ſi quis per teſtamentum, mortisue cauſa donationem talia transferre velit. *P. IV. tit 1. §. ult.* Id quod ex veteribus Saxonum moribus ſtatuta noſtra repetiiſſe haud immerito videntur, ſecundum quos alienationes immobilium cum omnium hæredum conſenſu fieri adeo erat neceſſe, ut res etiam eccleſiae a patre cum conſenſu haeredis vnius donatae, non obſtante longi temporis praeſcriptione, à filia altera ideo validè repeterentur: quod pater ejus *ſecundum Saxonicam legem abſque ejus conſenſu & licentia nullam facere potuiſſet donationem v.* diplom. OTTON. III. apud SCHATEN *in annal. Paderborn. T. I. p. 343. ſq.* Idem vrgent contra eccleſiam haeredes archicomitis Oldenburgici repetendo bona ab eccleſia: quoniam *ad haereditatem illorum ſpectarent legitimam v.* MEIBOM. *ſcriptor. rer. Germ. T. II. p. 144.* Pari modo *cum conſenſu matris ſuae haeredis primitiuæ, fratrisque ſui aſſenſu & ſtipulatione* donat eccleſiae Dodico Nobilis SCHATEN *d. l. p. 441.* quod etiam obſeruat Berchta ſub Ottone II. cum omnia ſua praedia *cum conſenſu & approbatione cohaeredum* donauit *id. p. 334.* confer diploma HENRICI II. de anno 1013. ubi: *cum conſenſu haeredum* ibid. p. 402. MEIBOM. *d. l. p. 161.* ubi in diplomate Archicomites Oldenburgi anno. 1307. eccleſiae aream donant *pleno conſenſu haeredum omnium ſuorum.* Immo & conjugum ſiue

uxo-

uxorum conſenſus requirebatur v. SCHATEN *d. l. p. 429.* ibi: Tale praedium quod Willa per manum nobis dedit & CONSENSVM CONIVGIS *& eund. in diplom. Ottonum & Henrici II.* paſſim. TOLNER *Cod. diplom. p. 92. n. 142.* ubi: Ich Francke von Kronenberg für mich / meine eheliche Haußfrauen / und für alle meine Erben / Söhne und Töchter ꝛc. Nec me quicquam mouet Saxonum vetus diſpoſitio LL. Saxonicar. tit. 13. apud Illuſtr. LEIBNITZ. *T. I. Rer. Brunſuic. p. 84.* quia hic agitur depoteſtate per teſtamentum transferendi, quae alienatione prohibita, nihilominus libera eſt *l 8. §. 2. 3. ff. de alien. jud. mut. cauſ. l. 38. §. 4. de legat. III.* nec per haereditatem intelligo bona auita, ſed acquiſita de quibus nemo dubium habet. Conſentit cum jure noſtro Landrecht. *L. I. art. 52. & Jus Lubec. P. I. tit. 10. art. 6.*

§. II.

JVRE CIVILI traditione ex juſta cauſa facta rerum dominia transferuntur *l. 20. C. de pact.* nec ut venditio rerum immobilium coram actis publicis fiat, vllibi conſtitutum legitur, cum voluntas domini rem ſuam transferre volentis fere unice ſpectetur *§. 40. J. de R. D.* Habetur quidem in fragmentis Vlpiani *tit. 19.* pro modo transferendi Dominii: *Ceſſio in jure facta*, vt ceſſionarius dominium Quiritarium acquireret, ſed diſtinctione inter Quiritarium & bonitarium dominium jam tempore Juſtiniani noſtri ſublata *tit. C. de nud. Quirit. jur. tol. l. un C. de vſuc. transform.* poſtea ejus nullum uſum fuiſſe veroſimile eſt,

neque mancipandi cedendique modum antiquum per omnia conuenire cum moderna judiciali reſignatione, ipſe fatetur KLEIN *ſpeciali diſſertat. de reſignat. judicial. cap. I. n. 9. 10. & n. 137.* Accedit, quod haec ceſſionis ſolennitas vnice fere ad litigia & materiam vindicationis, non vero praeciſe ad immobilium venditionem ſpectare videatur. v. *Franciſ.* POLLET. *in hiſtor. for. Rom. L. V. c. 4. p. 429.* BRISSON. *de form. & ſolen. pop. Rom. L. VI. p. 375.*

JVRE NOSTRO venditis immobilibus venditor praeſente emtore coram Senatu reſignare, ſuisque juribus renunciare, & nouum addictionis inſtrumentum pro tribunali petere debet. Quo facto ad judicem ambo ablegantur, ubi repetitis prioribus contractus confirmatur. Si hoc modo contractus celebratus non ſit, ſed forſan tantummodo coram Notario & teſtibus ſit peractus, nullius eſt momenti, nec emtor alias valide poſſidet, niſi poſſeſſionem 30. annorum probare poſſit *P. II. tit. 3. §. 1.* Nec hoc ex moribus antiquis receptum eſſe negare poſſumus, cum judicialis reſignationis ſi non cunabula, certe veſtigia ſat euidenter ſe nobis oſtendant in jure Saxonico Weichbild *art. 20, 60.* Eadem etiam obtinent Jure Lubecenſi *P. III. tit. 6. art. 1.* & Hamburgenſi v. *ſtatut. Hamburg. P. tit. 8. art. 6.* In eo tamen à Jure Lubec. diuortium faciunt ſtatuta noſtra, quod illo jure hac ſolennitate neglecta contractus haud annulletur, ſed ea tantum ad maiorem firmitatem requiratur MEVIVS *ad J. L. d. art. n. 6.* & ſic haeredibus hujus ſolennitatis omiſſae exceptio

non

non proſit ad reuocandum contractum, quod tamen ſecundum Jus noſtrum *cit. l.* videtur dum expreſſe hoc caſu contractum nullum eſſe, nec ex eo actionem dari ſancit in verbis: keine Krafft haben / und zu rechte darauff nicht erkannt werden.

§. III.

JVRE CIVILI emere poſſunt omnes qui contrahendo ſe obligare poſſunt, niſi qui ſpecialiter prohibentur, quales non ſunt ἀπόλιδες qui jura ciuica vel nunquam habuerunt, vel amiſerunt, nam his ea quae juris gentium ſunt, qualis eſt contractus emtionis *l. 1.* §. *2. de C. E.* competunt, *l. 17. ff. de poen.* Nec praeſidii quicquam peti poteſt ex *l. vn. C. non lic. habitat. metrocom.* quippe hi tantum loca, terrarumque ſuarum dominium, non vero aliarum rerum immobilium aut his ſimilium proprietatem in extraneum transferre prohibentur. Immo cum apud nos Metrocomiae amplius non dentur, & de obſeruantia trium librorum poſteriorum Codicis ſaepe dubitetur. haec cit. l. 1. vix quicquam operari videtur. STRYCK *in S. A. J. Diſſ VI. cap. 1. §. 11.*

JVRE NOSTRAE CIVITATIS ciuibus omnis rerum immobilium alienatio non ea tantum quae dominii pleni, ſed & quae uſusfructus, hypothecae vel cujusvis alius poſſeſſionis translationem operatur, in extraneos & forenſes qui magiſtratui noſtro juramento aut muneribus non ſunt obſtricti, prohibita eſt, non leui ipſorum commodo, ne ſcilicet onerum eorum nomine praeſtandorum difficilis exactio reliquos conciues praegrauet, ipſorumque conditionem reddat durio-

riorem. *P. II. tit. 1.* §. **alle Liegende 2c.** Notanter autem dictum hic juramento & muneribus **mit Eyden und Pflichten Verwandt/** quo ipſo diſpoſitio hujus ſtatuti locum ſibi vindicat contra eos, qui merum ciuium nomen ſunt adepti, alibi vero domicilium habent, vel qui certo ciuium ordini ſe inſcribi paſſi ſunt, ut officia ciuibus conferri ſueta faciliori negotio occupare poſſint. Huic prohibitioni Jus Lubec. *P. I. tit. 2. art. 5.* præterea adjecit amiſſionem rei alienatae, & mulctam 50, marcarum argenti à transgreſſore hujus legis praeſtandam. Hoc itaque ſtatuto exiſtente, agnatis exteris non competit jus retractus gentilitii, MEVIVS *ad J. L. c. 1. n. 88.* immo hoc ſtatutum ligat etiam clericos MICHALOR. *de fratr. P. II. c. 8. n 7.* Plenius conſultum eſt ſaluti ciuium quarundam vrbium, vbi merces à forenſibus aduectae non exteris vel peregrinis, ſed ipſarum ciuibus ſunt vendendae. Sic frumentum Hamburgum aliunde transportatum non debet vendi immediate Belgis, ſed mercatoribus Hamburgenſibus, illud Belgis demum diſtrahentibus. Idem de ciuitate Francofurtana ad Viadrum refert STRYCK *in V. M tit. de C. E.* §. 5. Quod fere juris quoque eſt apud nos, ubi in nundinis hebdomadalibus intra 24. horas nemini niſi ciuibus permiſſum eſt merces allatas ſibi emere. *P. IX. tit. 3.* §. **wann nun** *in fin.* & §. **Gleichergeſtalt** *ibid.* conf. STRYCK *diff jur. ciuil. & Rigenſ.*

§. IV.

Ne rerum dominia in incerto eſſent JVRE CIVILI conſtitutum eſt, vt res mobiles bona fide à non do-

domino juſto titulo acquiſitae & quiete poſſeſſae triennio, ſublata inter vſucapionem & praeſcriptionem differentia *pr. J. de Vſucap. l. vn. C. de transform. uſucap.* immobiles 10 annis inter praeſentes, viginti inter abſentes *dd. ll.* jura autem & actiones quaedam biennio v. c. actio doli *l. f. C. de dol.* exceptio non numeratae pecuniae *§. 1. l. de lit. obl. l. 14. pr. C. de N. N. P.* triennio, petitio hereditatis à ſuo majorenne repudiante *l. 6. C. de repud. haered.* quinquennio, querela inofficioſi *l. 8. §. 10. & l. f. ff. l. 34. in fin. & 36. §. 2. C. de inoff. teſt.* aliae ut regulariter ex contractu omnes 30 vel 40 annorum ſpatio praeſcribantur *l. 3. l. 4. C. de praeſc. 30. ann.* Adeoque hoc jure pene multa praeſcriptionum habentur genera STRYCK *de inveſtig. act. Sect. III. per tot.*

JVS NOSTRVM in mobilium praeſcriptione diſtinguit, an is contra quem praeſcribitur, ſit praeſens, quo caſu praeſcriptio vnius anni & diei obtinet, an vero ſit abſens, & tunc requirit triennium cum triduo, non diſtinguendo an abſens ſciuerit, an minus *P. II. tit. 9. §. 2.* Si quis autem rem immobilem à non domino emerit, eandem annalem praeſcriptionem locum habere puto, motus auctoritate *§. 1. tit. 3. P. II.* Verum licet hoc ultimum ex jure Lubecenſi adoptarint ſtatuta noſtra, dicendum tamen cum MEVIO *ad J. L. P. I. tit. 8. art. 1.* hanc annalem praeſcriptionem vltra caſum ſpecialem expreſſum, non eſſe dilatandam. Exinde vero quod in praeſcriptione hac vltra annum adhuc diem obſeruamus, id quod cum Jure Lubecenſi *c. l.* & Saxonico *v.* Landrecht

Digitized by Google

L. I. art. 28. L. II. art. 44. L. III. art. 38. commune nobis eſt, merito dubitari poterat, an per illum dies naturalis, an vero ſex ſeptimanae Saxonicae debeant intelligi? quod vltimum tamen juris noſtri vero tenori conuenientius aeſtimandum, cum deficientibus ſtatuti noſtri verbis expreſſis, recta ad vetus jus Saxonicum ablegemur via. *P. I. tit. 8. §. 2.* Quo ſimul conſtat, in immobilium, excepto caſu jam enarrato, & actionum praeſcriptione tempus tricennale aeque obſervandum, niſi ſint actiones ex jure Ciuili ſingularem terminum habentes, quem etiam in terris Saxonici juris retinent. CARPZOV. *P. II. C. 3. def. 5. n. 7. 8.*

§. V.

Ex pleniori jure in re ſeu dominio, vel ſi mauis jure libertatis naturalis eſt, quod quilibet rei ſuae moderator ſit & arbiter *l. 21. C. mandat.* modo ea non abutatur *§. 2. J. de his qui ſui vel alien.* hinc in ſuo quis poteſt cuniculum vel foſſam effodere, puteum aperire *l. 24. §. 12. l. 26. ff. de damn. infect.* quippe ſeruitute opus eſt, ſi quis aliquem prohibere velit in ſuo quid facere *l. 15. de ſeruit.*

Salus & intereſſe reipublicae reſtringunt hanc libertatem multis paſſibus, vnde & in JVRE NOSTRO STATVTARIO diſpoſitum eſt, ne quis fundum ſuum addito ſepimento in hortum vertat, eumue foſſa cingat, viam lapidibus ſternat, aut nova oſtia, tabernas, aut habitationes ſubterraneas priuata auctoritate exſtruat, ſed conſenſum magiſtratus deſuper imploret, habeatque *P. IX. tit. 5. §.* Es ſol auch

Id

Id quod quodammodo, circa deuaſtatarum aedium areas in hortum redigendas, jure Ciuili conſtitutum fuit in *l. 3. C. de aedif. priuat.*

§. VI.

Ad rei ſuae defenſionem & integritatem ſeruandam JVRE CIVILI qui ex vicinis ruinoſis aedibus damnum ſibi metuunt, à domino earum cautionem de damno infecto poſtulant, qui ſi cauere nolit, immiſſio ex primo & ſecundo decreto *l. 7. pr. l. 13. §. 11. l. 15. §. 16. ff. de damn. infect.* decernitur, qui ſi ſpreta immiſſione cauere detrectet, contra eundem demum experiundum eſt actione in factum *c. l. 15. §. ult.* Quodſi vrbs deformetur ruinis, & aedium parietes ad viam ducant, dominus reaedificare nolens, mulctatur ab aedilibus quousque eas firmas reddat, *l. vn. §. 4 de Via publ.* aut ſumtu publico reſtauratur domus, quo caſu ſi dominus pecuniam impenſam cum vſuris reſtituere nolit, jure eam reſpublica diſtrahit *l. 46. de damn. infect.*

Promtius remedium ciuibus noſtris competit JVRE NOSTRO, qui ſi damnum ex vicinis aedibus metuunt, illud denunciant magiſtratui noſtro ad juuandum quemlibet paratiſſimo, qui neceſſitatem imponit aedium ruinoſarum domino iſtas aliis vendendi, aut vrbe emigrandi. Quodſi autem ſint qui annuos reditus, ex iſta domo percipiunt (die Rentener) ipſi in ſuum commodum pro rata aedificare, aut alii vendere ſub jactura fortis jubentur *P. IX. tit. 6 §. 1. 2.* Caeterum nec remedium juris Romani hoc ſtatuto excluſum eſſe arbitror, quamuis forte ob proceſſuum

dernorum prolixitatem illo neminem vſurum certo ſim perſuaſus conf. SCHILTER *Exercit. ad ff. XLII.* §. *37.*

§. VII.

JVRE CIVILI à cautionibus praeſtandis eximuntur immobilium poſſeſſores, qui ſcilicet animo domini & ſibi habendi rem detinent, hinc vſufructuarii poſſeſſione, quia ſecundum VLPIANVM *in l. 15. §. 1. qui ſatisd. cog.* poſſeſſor non eſt, Rei ſecuritati haud ſatis conſulitur, cum finito vſufructu res cum fructibus pendentibus proprietario ſit reſtituenda *§. 36. J. de R. D. l. 13. quib. mod. vſusfr. amitt.* quare ſine cautione non eſt admittendus *d. l. 15.* §. *1.*

JVRE NOSTRO vti & apud Saxones qui habet vſumfructum in bonis feudalibus aut cenſiticis aut etiam in bonis praedefuncti conjugis praeſtatione ſatisdationis non grauatur *P. I. tit. 14.* §. *2.* Cujus rei ratio à CARPZOVIO *P. I. Conſt. 5. def. 21. n. 3. ſq.* adducitur, quod haeredes fructus etiam nondum perceptos ſuos faciant, modo cultura acceſſerit, ſecundum illud: Wer ſäet der mehet. Ldr. *L. III. art. 76. 77.* itaque Reo ob ſpem fructuum raſtro ſubactorum plenius videatur conſultum, quam vt ſatisdatione opus habeat, eam vero tanquam minus ſufficientem ob periculum diſſipationis aut maturioris mortis reprobat STRYCK *in V. M. tit. qui ſatisd. cog. §. 10.* An vero immobilium poſſeſſore, durante lite, bona ſua vendente peti poſſit à reo cautio, de eo vide CARPZOVIVM affirmantem *P. I. Conſt. 5. def. 11.* & negantem BERLICHIVM *P. I. concl. 20. n. 31.*

§. VIII.

§. VIII.

Magna Doctorum eſt auctoritas, qui jura & actiones, vel mobilibus vel immobilibus rebus annumerant, pro natura objecti ſubjectiue illarum quod facit MEVIUS *ad J. L. Lib. I. tit. 2. art. 5. n. 33.* CARPZOV. *P. III. C. 23. d. 8. n. 8.* JVRE CIVILI autem tertiam bonorum claſſem conſtituere ſatis patet ex *l. 7. §. 4. ff. de pecul. l. 15. §. 2. de Re jud. l. 1. C. de praetor pign.* nec qui habet fundi petitionem perſonalem à ſatisdatione tanquam immobilium poſſeſſor liber eſt *l. 15 §. 4. qui ſatisd. cog.* immo ne quidem omnis, qui habet realem actionem *l. 15. §. 12. d. t.*

JVRE NOSTRO actiones, jura, petitiones ſeruitutesque in rebus ſoli competentes immobilibus expreſſe accenſentur *P. II. tit. 1. §.* alle Liegende / horum enim poſſeſſores rem ipſam habere videntur *l. 143. de V. S.* hinc à ſatisdatione immunes ſunt *v. diff. praec.* & illorum venditio debet fieri praeuia reſignatione judiciali *v. §. 2. praec.*

§. IX.

JVRE CIVILI ea rerum litigioſarum eſt natura, vt alienari plane non poſſint, ſine nullitatis vitio, judicialique animadverſione. Vt autem res nomen litigioſi adipiſcatur, requiritur lis, quae incipit à litis conteſtatione tam in actionibus realibus, quam perſonalibus, vti vult LAVTERBACH *in Colleg. theoretic. pract. tit. de litigioſ.* Quamvis SCHILTER *Exercit. ad ff. XIII. §. 4.* per ſolam libelli oblationem aduerſario factam, & citationem emiſſam rem fieri litigioſam contendat per *Nouel. 112. c. 1.*

JVRE NOSTRO ejusmodi res non quidem in totum alienari prohibentur, fieri tamen haec alienatio debet cum conſenſu magiſtratus, ſub eadem poena quae jure civili eſt conſtituta. Incipit autem actio realis eſſe litigioſa per nudam citationem, perſonalis vero lite demum à reo conteſtata *P. II. tit. 2.* §. Gleichergeſtalt *ſq.*

§. X.

JVRE CIVILI fiſcum habet tantum princeps *l. 2. §. 4. ne quid in loc. publ.* & omnia principis eſſe intelliguntur, ſiue ex ſua ſubſtantia, ſiue ex fiſcali fuerit alienatum *l. fin. C. de quadr. praeſcr.* adeoque inteſtatorum ſine legitimo haerede decedentium res fiſci rationibus vindicandas, nec ciuitates audiendas, quae ſibi earum jus ex permiſſu vindicare nituntur, reſcripſerunt Imperatores in *l. 1. C. de bon. vacant.*

JVRE NOSTRO adeſpota & bona vacantia per annum & diem à magiſtratu cuſtodiuntur, quodſi interea nemo venit, qui juſto titulo ſibi vindicet, fiſco addicuntur *P. IX. tit. 20* §. *pen. & vlt.. P. VI. tit. 1.* §. ſtirbt ein Mann. Hoc quidem nouum videri non poterat, cum ſecundum Doctorum turmas de jure Saxonico ciuitatibus merum & mixtum imperium habentibus, jus fiſcandi tribuatur propter **Landrecht** *L. I. art.* 28. *L. II. a. 31. & L. III. a. 80.* Sed hujus regulae falſitatem vti ſatis notavit STRYCK *in S. A. J. diſſ V.* §. 12. ita pro aſſerendis ciuitati noſtrae fiſci juribus eam amplecti nolumus, firmioribus muniti praeſidiis, dum illa vel immemoriali praeſcriptione, vti teſtatur textus ſub rubro: vann Recht des Herwedes

wedes inter veteres vrbis noſtrae leges apud Illuſtr. LEIBNITZ *T. III. Rer. Brunſuic. p. 754.* recitatus & KLOCK *de aerario L. II. c. 136. n. 35.* vel certe ex privilegio à Duce Ottone tot ante ſeculis conceſſo ſequentiumque multorum principum auctoritate corroborato, poſſidemus. *vid. Priuilegium Ducis* OTTONIS *circa an. 1198.* ciuitati noſtrae datum, vbi de aduena in ciuitate moriente dicitur, quod ejus bonorum, ſi nemo intra annum & diem illa petierit, duae partes ad ſtructuram ciuitatis pertineant, tertia ad judicem.

§. XI.

JVRE CIVILI dotis cauſa eſt fauorabilis *l. 2. l. 70. ff. de jur. dot.* cui ne quidem renunciare poſſunt ipſae mulieres *l. 14. l. 17. de pact. dot.* hinc moto in bonis mariti creditorum concurſu, vxor bona ſua quae apud maritum exſtant, jure ſeparationis & dominii praecipit *l. 1. C. de priuileg. fiſc. l. 1. C. ad L. Jul. de Vi publ. l. 2. C. ne vx. pro mar.* in dote etiam omnibus expreſſam hypothecam anteriorem habentibus praefertur *l. 12. C. qui potior. in pign. Nouel. 79. c. 2. 3.*

Aliud ſancitum eſt LEGIBVS NOSTRIS, quibus ſi vxor liberos habet, nullo praelationis jure in illatis ſuis niſi in veſte quotidiana gaudet aduerſus creditores mariti ſui, ſed de ſuis debita à marito contracta ſoluere tenetur. Quodſi vero nullos ex marito liberos ſuſcepit, in dote cum iis quibus annui reditus debentur, pro rata admittitur in tertia creditorum claſſe. In reliquis vero praeterdotem illatis, antiquioribus aut expreſſam hypothecam in bonis mariti

ha-

habentibus creditoribus poſtpoſita eſt *P. II. tit. 13. §.* weil auch *&* *tit. 20 §.* jedoch wird *d. P. II.* niſi ſimpliciter nulla dotis mentione facta marito collocata ſit, quo caſu omnia illata pro dotalibus habentur *P. II. tit.* 20. §. Es wäre denn. Tenuioris conditionis homines quia per matrimonium indiſtincte ſocietatem inire cenſentur, vtroque caſu ſiue liberos habeant ſiue minus, debita mariti de ſuo ſoluunt. *cit. tit. 13.* §. Und weil unter. Conſentit Jus Brunſuicenſe & Lubecenſe *P. I. tit. 5. art 7. & 10.*

§. XII.

JVRE CIVILI miniſtris ſiue famulis ratione mercedis ſibi debitae nullum priuilegium aut praelationis jus prae ſimplicibus creditoribus eſt conſtitutum BERLICH. *P. I. concl. 64. n. 66.* CARPZOV. *P. I. Conſt.* 28. *def. 24.* Generali tamen, ne dicam vniuerſali locorum conſuetudine introductum eſt, vt praelatione in iis quae pro ſuo labore rerumque ſeruandarum ſtudio ſibi competunt, digni exiſtimentur.

JVRA NOSTRA famulos ancillasque cum ſuis mercedibus mit ihren Liedlohn omnibus aliis creditoribus ob fauorem paupertatis *l. 21. C. de SS. eccleſ.* & communem creditorum ex ipſorum laboribus captam vtilitatem *arg. l. 5. 6. ff. qui pot. in pign.* anteponunt *P. II. tit. 20.* § nemlich vti etiam fit Jure Saxonico Landrecht *L. 1. art. 22.*

§. XIII.

Sumtus funeris, curationis, vltimi morbi *vid. l. 45. ff. de relig. & ſumt. fun. l. 14* §. *1. d.t. l. 4. C. de haered. pet.* non ipſius debitoris tantum, ſed etiam ejus

vxo-

vxoris, liberorum, aliorumque quos neceſſario funerare debuit, JVRE CIVILI omnibus creditoribus etiam hypothecam anteriorem expreſſam habentibus, anteponuntur *l. 17. pr. de reb. auct. jud. poſſ.* CARPZOV. *P. 1. C. 28. def. 39. n. ult.* JVRE NOSTRO hoc prælationis jus reſtrictum eſt ad morbum & funus ipſius debitoris, nec pertinet ad ea, quae in alterius cuiuſpiam ipſi conjuncti curationem, vel funus impenſa; dicitur enim expreſſe in textu noſtro: Was auff des Schuldeners &c. quo ipſo ſatis excluduntur, in liberorum fortaſſe, aut conjugis curam aut funus erogatae expenſae *P. II. tit. 20. §.* Nemlich.

§. XIV.

JVRE CIVILI fiſcus ratione collectarum & tributorum praefertur omnibus creditoribus etiam anteriorem hypothecam habentibus l. *1. C. ſi propt. penſ. publ.* id quod reprehenſionem non meretur, cum publica vtilitas priuatorum commodis ſemper ſit praeferenda *l. 3. C. de primipil.*

JVRE NOSTRO ſecus ſe habet, hoc enim fiſco praelationem quidem concedit quoad onera publica, quod tamen ita intelligendum eſt, ne noceat illis, qui priorem hypothecam in aedibus debitoris habent *P. II. d. t. 20. §.* zum andern / adeoque conſtat, hoc jure merum tacitae hypothecae jus ſine praelatione competere fiſco ſeu aerario publico.

CAPVT II.
DE HAEREDITATIBVS
MEMBRVM I.
DE SVCCESSIONE QVAE TESTAMENTO DEFERTVR.

§. I.

JVRE CIVILI indignum quidem viſum fuit intra teneros, i. e. pubertatis annos alicui teſtamenta faciendi ius largiri *l. fin. C. de teſtam. mil.* hunc vero pubertatis terminum ſat anguſtis incluſerunt cancellis, ita ut à maſculo qui decimum quartum, foemina quae duodecimum aetatis annum impleverat valide teſtamentum conderetur *pr. I. quib. eſt permiſſ. fac. teſtam. l. 5. ff. qui teſtam fac. poſſ.*

Hanc aetatem multorum fraudibus perſuaſionibusque obnoxiam crediderunt STATVTA NOSTRA, inde teſtamenta, ab eo, qui nondum decimum octavum aetatis annum transgreſſus eſt, condita in totum rejecerunt *P. IV. tit. 2. §. 1.* Eſt vero haec aetas terminus majorennitatis fere apud Germanos communis & originem ſuam debet legibus Longobardorum, Wiſigothorum & Burgundionum. Immo Saxones antiquitus eundem obſervaſſe auctor nobis eſt SCHILTER *Exerc. XI. §. 25.* & vero admodum ſimile, terminum majorennitatis Electorum per *Aur. Bull. tit. 7. §. 4.* ad octodecim annos reſtrictum deberi moribus hiſce antiquisſimis diu ante in Germania receptis conf. MYLER *in aetholog. princip.* Sed vnica adhuc tangenda eſt quaeſtio: annon ſtatuto noſtro plenam pubertatem in teſta-

ſtatore requirente, aliquis quatuordecim annorum obſervatis Romani juris ſolennitatibus teſtari valide poſſit? quod quidem negat STRYCK *in Caut. Teſtam. c. 3. §. 46.* ego vero adductum juris noſtri admittendum puto ob *P. IV. tit. 1. §. 1.*

§. II.

Cum teſtamenti factio praeſupponat jus ciuitatis aliquem habere, & bona de quibus teſtari poſſit JVRE CIVILI damnati ad mortem ideo teſtari non poterant, quia ſerui poenae efficiebantur, bonaque illorum fiſco cedebant *l. 8. §. fin. qui teſtam. fac. poſſ. l. 1. ad L. Falcid.* quod vltimum & hodie adhuc in locis vbi jus ciuile viget, obtinere puto. Nam licet ſeruitus poenae iam per Iuſtinianum *Nouel. 22. c. 8.* ſit ſublata (ſuppreſſa ſcilicet paulatim libertate, quid opus erat ad interficiendum ciuem fictitia libertate? inquit BEYER *de bon. damn. §. 10.*) nihilominus bona, niſi damnatus deſcendentes vel aſcendentes vel collaterales intra tertium gradum relinquit, fiſco vindicantur. *Nouel. 134. c. fin. & auth. Bona damnatorum C. de bon. proſcript.*

JVS NOSTRVM damnatos vltimo ſupplicio ad teſtandum admittit omnes, niſi qui commiſerunt delicta atrociora morte & amiſſione bonorum expianda, quales apud nos habentur criminis laeſae maieſtatis diuinae & humanae rei, horum enim bona fiſco adſcribuntur. His connumerantur: incendiarii latrones, parricidae, proditores, qui licet bona ſua integra ſervent, ob ſolam tamen delicti magnitudinem teſtari prohibentur. Fures vero adulteri alii-

Digitized by Google

que eiusdem farinae vltimo ſupplicio mactandi, ſicut nec bonis, ita nec facultate de iis libere diſponendi priuantur. *P. IV. tit. 2. §.* zum viertten.

§. III.

Muti & ſurdi naturà teſtari de JVRE CIVILI prohibentur, non quidem ideo, quod ejusmodi perſonae pro mente captis, aut furioſis adeoque mortuis habeantur vti vult *Blaſ.* Michalor. *de coec. ſurd. & mut. cap. 40. n. 3.* ſed quod in teſtamentis declaratio verbis ore prolatis, vel ſcripto comprehenſis fieri deberet *l. 29. C. de teſtam.* ii vero, qui vel morbo vel ex accidenti hoc malum contraxerunt, & antea literarum ſcribendique peritiam habuerunt, recte in Scriptis teſtantur, vt & ii, qui vel ſurdi, vel muti tantum exiſtunt *l. 10. C. qui teſtam. fac.*

Durior harum perſonarum conditio reperitur STATVTIS NOSTRIS vbi non diſtinguitur, an natura, an ex accidenti tales ſint, & perinde habetur, an ſurditate ſola, an vtroque vitio laborent, ſed ſimpliciter tanquam qui prodigi ſunt declarati, à teſtandi jure excluduntur *P. IV. tit. 2. §.* zum dritten.

§. IV.

JVRE CIVILI in teſtamento coeci plures quam in alio teſtamento obſeruandae ſunt ſolennitates, ſcilicet Notarius, aut hoc deficiente octauus teſtis eſt adhibendus, haeres non ſpecialiter tantum, ſed expreſſis dignitatibus & indiciis denominandus, aliaeque de quibus MICHALOR. *laud. tract. C. 6. n. 22. ſeq.* & diſtincte *l. Conſultiſſima 8. C. qui teſt. fac.*

JU-

JVRE NOSTRO coeci ad compendioſam teſtandi formam quam recepimus, ablegantur, ita vt coram duobus ſenatoribus vltimum ſuum elogium valide edere queant *P. IV. tit. 1. §.* Nemlich & hoc modo fraudibus quae hiſce perſonis intentari ſolent, ſatis obuiam iri crediderunt legislatores noſtri. Conſentit nobiſcum *Jus Hamburgenſe P. III. tit. 1. art. 16.* quod idem de jure ſuo Lubecenſi defendit MEVIVS *P. II. tit. 1. art. 1. n. 42.*

§. V.

JURE CIVILI in teſtamento judici oblato requirunt teſtatoris praeſentiam, cum quia in *l. 19. C. de teſtam.* vbi huius materiae ſedes eſt, expreſſe dicitur: *Imperatorem velle audire hominum voluntates*, item *qui coram actis mentis ſuae poſtremum publicauit judicium*, tum quia in hoc teſtamento perſonae publicae vicem teſtium ſubeunt, qui teſtatorem videre & audire debent *c. l. 19. & toto iure* ex quibus praeſentiam teſtatoris de eſſentia huius teſtamenti eſſe Ddr. probatum eunt CARPZOV. *P. III. C. 3. def. 23.* STRYCK *in Caut Teſtam. cap. VIII.* §. *6.* qui tamen §. *14. ſeq.* aliam ſententiam amplectitur.

JVRE NOSTRO haec teſtatoris praeſentia adeo neceſſaria non videtur, ſed, ſi quis teſtamentum ſuum à duobus teſtibus ſubſcriptum per eosdem conſuli directori inſinuari curat, illum nullitatem euitare, clare patet ex textu *P. IV. tit. 1. §.* **zum andern.**

§. VI.

Ille qui teſtamentum ſuum tempore peſtis aliuſue

morbi contagioſi condit, de JVRE CIVILI caueat, ne pauciores adhibeat teſtes quam ſeptem, cum in hoc teſtamento non numerus teſtium ordinarius, ſed eorum conſociatio tantum illo iure ſit remiſſa *l 8. C. de teſtam.* Jam vero quae ſolennitates in teſtamento non ſunt remiſſæ, eædem ſtricte ſunt obſeruandae HARPRECHT *ad* §. *3. I. de teſtament. n. 36. ſequent.*

Verum cum numerus teſtium ſeptenarius ei tantum obſeruandus ſit praeſcriptus, qui ſolenni Quiritum iure vltimum ſuum elogium proferre velit, cum ordinarie coram duobus ſenatoribus illud facere ſoleant ciues noſtri *v.* §. *praec.* teſtamentum tempore peſtis conditum adeo apud nos eſt priuilegiatum, vt licet coram nullo ſenatore, adhibitis tântummodo duobus conciuibus vel Parocho cum Notario ſit confectum, ſuo vigore plene conſtet *P. IV. tit 1.* §. Gleicher Geſtalt.

§. VII.

JVRE CIVILI in teſtamento paterno inter liberos requiritur vt in ſubſcripitone dicatur: quod in praecedentibus vltima ſua voluntas contineatur, adeoque ex hac cauſa det indubitatam fidem *Nouel. 18. c. 7. Nouel. 107. c. 1. Hartm.* PISTOR *P. 1. qu. 1. n 7.* LAVTERBACH *ad ff. tit. de teſtam mil* §. *33.* STRYCK *in Caut. Teſtam. cap. X.* §. *13.*

Pietas & reuerentia parentibus à liberis debita vltimae patris diſpoſitioni contradicendi, eamque vel impugnandi facultatem liberis concedere non debet, quapropter recte voluerunt JVRA NOSTRA, vt patris inter liberos teſtamentum ſola ſubſcriptione ipſius munitum, firmum ſit, ratumque habeatur. *P. IV. tit.* 1. *§. 3.*

§. VII.

§. VIII.

JVRE CIVILI quando vitiatur teſtamentum per liberorum praeteritionem à parentibus factam, totum corruit teſtamentum, nec legata nec aliud quicquam ex eo debentur *l. 17 ff. de iniuſt. rupt. irrit.* Quod equidem per *Nouel. 115. c. 3 in fin. &c. 4. in fin.* mutatum putant STRYCK *in Caut. Teſtam.* cap. XIX §. 47. CARPZOV *P. III. C. 9. def. 3.* Illuſtr. THOMASIUS *in praelect. Huber. tit. de liberor. ex haered.* dicens citatam Nouellam agere non de teſtamento nullo, ſed per querelam in officioſi reſcindendo. Verum adhuc hodie ex teſtamento tali nec quicqnam deberi, ſed neglecta in cit. Nouel. praeſcripta forma ipſo iure nullum eſſe auctor eſt SCHILTER *Exercit XXXVIII. §. 53. Huberin praelection. c. l. n. 2.* addi poteſt *Anton.* FABER *in Cod. L. VI. tit. 9. def. I. n. 6. 7. 8.*

JVRE NOSTRO minus dubii res habet, quo expreſſe conſtitutum, ut eiusmodi teſtamenta in quibus deſcendentes vel aſcendentes præteriti ſunt, vitientur tantum quoad haeredis inſtitutionem, legata vero fideicommiſſaque ex eo debita, a ſucceſſore legitimo qui locum haeredis ſcripti intrat, per omnia praeſtanda *P. IV tit. 3. §.* **Die Leibes Erben.**

§. IX.

Valde agitata inter Doctores Juris Ciuilis eſt quaeſtio: an in exhaeredatione liberorum praeter cauſas in *Nouel. 115. c. 3. 4.* enarratas, aliae hiſce grauiores aut ſimiles ſint admittendae, huius negatiua reſponſio ſecundum JVS CIUILE mihi qui-

dem

dem videtur verior, mentique Imperatoris conformior. Cum enim certas cauſas determinauerit, ad easdemque exhaeredationis licentiam reſtrinxerit, incongruum foret alias præter ab ipſo enarratas admittere velle HARPRECHT §. fin. *l. h.* Nec eſt quod dicas, filio improbo non eſſe fauendum hoc enim pertinet ad iurisprudentilegislatoriam, non ad ICtos, qui tantum inquirere debent, cui actu fauerit legislator, non cui fauere debuit, ut recte contra Schilterum exiſtimat venerandus meus præceptor DN. *KRESS. in ſpecim. juris prud. Lib. III. tit. 25. §. 8.* Vt minus obſequentes liberi metu exhæredationis eo magis in officio contineantur, caſtitati pietatique ſtudeant, moribus noſtris invaluit, vt ſi filia ſecunda vice viro copiam ſui fecerit, vel liberi ſine parentum conſenſu matrimonium inierint, merito iuſteque exhæredari poſſint *P. IV. tit 3. §* wann ein Kind.

Qui rigor licet iure communi non ſit receptus, cum unicus vel duplex venereus actus ſucceſſione non priuet, ſed ea demum meretrix ſit, quae ſe paſſim ſine delectu pluribus committit. *l. 43. §. 1. ff. de R. N.* nec iuri Saxonico congruat *v.* Landrecht *L, I. art. 5.* ſimilem tamen poenam filiabus nobilibus ſtupratis determinat *Ordinatio politica Megapolitana Tit. 4.* apud TORNOUIUM *de Feud. Mecklenburg cap. II. ſect. 2. §. 26.* In liberis qui ſine parentum conſenſu matrimonium contraxerunt ſucceſſione priuandis conſentit *Jus Lubecens. P. I. tit. 4. art. 2.* idemque circa Nobiles ducatus Cliuens. vult allegat:

RHETZ

RHETZ *de feud Cliuens ſect. 1. n. 97* apud TORNOV. *d. l.*

§. X.

JURE CIUILI frater regulariter praeteriri poteſt, poteſt tamen exiſtere caſus, quo vel neceſſario inſtituendus vel addita cauſa exhaeredandus eſt, ſi ſcripti haeredes infamiae aut turpitudinis, vel leuis notae macula aſpergantur § *1. I. de inoff. teſt. l. 27. C. d. t.* Non competit autem ipſi facultas eo caſu teſtamentum nullum dicendi, ſed querela inofficioſi vti debet, cum quoad fratrum ſucceſſionem in Nouella 115 nil ſit mutatum STRUV. *tit. de inoffic. teſtam. th. 18.*

JURE vero NOSTRO aſcendentibus & deſcendentibus tantum deberi legitima dicitur, qui neceſſario vel inſtituendi vel exhaeredandi, de fratribus in textibus noſtris nil habetur *v. P. 4. tit. 2.* § *weilen muß* & *tit. 3* § *2 d. P. IV.* Quare ſi foemina bis virum paſſa inſtituta ſit, quae moribus noſtris meretrici ſimilis, adeoque infamis habetur *v.* § *praec.* nullum fratribus remedium dari puto. Nec commode hic dici poteſt, quod caſus ſtatuto omiſſus maneat ſub diſpoſitione iuris communis & leges municipales ſupplendae ex legibus ciuilibus GAIL. *L. I. O. 50. n. 8.* nam conſtat hoc loco agi de neceſſitate legitimam certis perſonis relinquendi, iam vero cum deſcendentium & aſcendentium mentio tantum fiat minime dicendum, hoc ſtatutum etiam ad tranſuerſales extendi debere BRUN. *de ſtatut. art. 8. qu. 18.*

D *n. 752.*

n. 752 MICHALOR. *de fratrib.* P. *III. c. 10. n. 51.* Certum itaque nullam fratribus iure noſtro proditam actionem, cum in caſibus omiſſis in quibus lex deficit ne quidem utilis actio danda ſit, referente VLPIANO *in l. 64 § 9 Solut. matrim.*

§. *XI.*

JURE CIVILI filius qui à patre certas res vel pecunias accepit non impeditur poſt mortem patris cognito paterno teſtamento eius iudicium oppugnare, licet vel maxime ſub ea conditione acceperit vt in quartam ei computetur *l. vlt. ff. de ſuis & legit haered. l. 35. §. 1. C. de inoff. teſtam.* modo minus legitima acceperit *l. 8. §. 6. 8. ff. de inoff. teſtam.* nec querelae in apocha vel transactione ſpecialiter renunciaverit *c. l. 35. §. 2.* Eadem ratio habetur in filia, quae dotem accepit.

Longe alia JURIS NOSTRI STATUTARII eſt diſpoſitio, quod filiam quae dotem, aut filium qui à parente viuo aliquid accepit, eius teſtamentum poſt mortem impugnare prohibet, ſi forſan ſit in eo praeteritus, cum imputare ſibi ipſi debeat, quod uiuo parente hanc diſpoſitionem ſilentio comprobaverit, nec ipſi re adhuc integra contradixerit *P. IV. tit. 3.* §. **wann auch ein Vater.**

§. XII.

JURE CIUILI in computationem legitimae liberis debitae veniunt omnia ex defuncti ſubſtantia profecta ſiue per vltimam voluntatem *l. 8. l. 30. l 36. C. de inoff. teſtam.* ſiue per traditionem inter viuos *l. 29. C. d. t.*

MO.

MORIBUS NOSTRIS cum praeter bonorum diſtinctionem jure civili cognitam bona etiam diuidantur in res expeditorias & Geradam, quae non patris, ſed legis beneficio in liberos derivantur CARPZOV. *P. II. Conſt. 14. def. 1' 2.* merito eas liberi praecipuas capiunt, nec in legitimam computantur *P. IV. tit. 3.* §. Und obwohl. Ipſum vero GERADAE nomen vti Germanico idiomati deberi facile quilibet concedit, ita nonulli eam ab ÆQVALITATE appellari exiſtimant; ego vero illam potius à SUPPELLECTILE ſiue dem Gerâthe derivari mihi habeo perſuaſum, motus auctoritate vetuſtiſſimi Chronici apud Illuſtr. LEIBNITZ *Tom. II. Rer. Brunſuic. p. 201.* vbi: *Nam tunc temporis pertinebant ad Rade proprie alle bole Vate tam lignea cuprea ſtagnea, ſic quod nihil manebat in domo de omnibus* VTENSILIBUS.

§. XIII.

Subſtitututionis pupillaris à patre liberis impuberibus factae de JURE CIUILI praecipuus eſt effectus, quod caſu eueniente taliter ſubſtitutus, omnes defuncti impuberis agnatos immo matrem ipſam excludat *l. 8. §. 5. ff. de inoff. teſtam l. 8. C. de impub & al. ſubſtit. cap. 1. de teſtam. in 6.* adeo ut nec matri jus legitimam petendi ſaluum ſit VASQU: *de ſucceſ. progreſ. L. II. §. 11. n. 24.* FACHINÆUS *L. IV. controuerſ. jur. cap. 42* quia maritus condit teſtamentum, hic vero vxori legitimam relinquere haud obſtrictus eſt *arg. l. 1. de inoff. teſt.* MANTICA *de conject. vltim Volunt. L. V. tit. 11. n. 4.* CARPZOV: *P. III. C. 8. d. 1.*

Contrarium tamen APUD NOS receptum eſt & ſi pater liberos ſibi inuicem vel ipſis extraneam perſonam ſubſtituit, poteſt mater ſubſecutâ liberorum morte petere legitimam quae eſt tertia pars omnium bonorum, etiam ſi pater illam praeterierit, vel expreſſe excluſerit *P. IV. tit. 4. §. ult.* ſemper enim favorabilis eſſe debet cauſa matris ad luctuoſam filii haereditatem venientis *l. ult. C. de Inſt. & Subſtit. l. 7. ff. Vnde Liber.*

§. XIV.

JURE CIUILI ſi parentes ex primo matrimonio liberos habeant & poſtea ad alias nuptias tranſeant, non poſſunt in nouercam patres, aut in vitricum matres plus ſub quouis titulo transferre, quam unus ex liberis prioris matrimonii habet *l. 6. C. de ſecund. Nupt. Nouel. 22. cap. 27.*

JURE NOSTRO ſi parentes poſt liberos ſuos à ſe ſeparatos noua matrimonia, priori ſoluto, inierunt, ex ſecundis nuptiis ſuperſtiti coniugi poſſunt omnia bona vel inter viuos donare, vel legare, aut quouis titulo relinquere, cum liberi ſeparati habeantur pro extraneis & exhaeredatis *P. VI. tit. 13. §. 1.*

§. XV.

Si in ſingulos annos alicui legatum eſt, primi anni legatum eſt purum ſequentium conditionale, cum ſemper hic intelligi debet conditio: Si legatarius vixerit *l. 11. l. 12. ff. de ann. legat.* hinc morte legatarii finiuntur *c. l. 12. & l. 4. h. t.* ſi autem ingreſſu reliquorum annorum deceſſerit legatarius, eius anni

ni, quo obiit, legatum haeredes eius capiunt *l. 8. v. Illud d. t.* quia initio cuiuscunque anni legati huius dies cedit *l. 12 §. 1. ff. quand. dies leg.* niſi ſint legata alimenta, quae cum vita finiuntur *l. 8. §. 10. ff. de tranſact.*

JURE NOSTRO ſi teſtator alicui certam ſummam vel alimenta ſingulis annis vel ſtatis temporibus ex ſolvi iuſſit, media quaſi via proceditur vnde ſi moriatur legatarius ante diem praeſtationis, haeredes ipſius non totius anni quantitatem, ſed eam tantum portionem quae pro rata temporis, quo vixerit legatarius competit, peterepoſſunt *P. IV. tit. 5. §. vlt.*

XVI

Magnopere conſulit legatario teſtator JURE CIVILI ſi in legato generis ſimul optionem ſiue electionem ipſius arbitrio committit, hoc enim facto, legatarius rem quam velit etiam optimam eligit *l. 2. pr. ff. de opt. leg. l. 9. §. 1. ff. de dol. mal.* STRYCK *in Caut. Teſtam. cap. XX. §. 33.*

Aliud iterum MORIBUS NOSTRIS obtinet, quibus ſi ius eligendi ipſi legatario in teſtamento conceſſum, ipſe quidem illud exercet, ea tamen moderatione obſeruata, ne rem optimam vel pretioſiſſimam ſed aliam mediocris aeſtimationis ſibi eligat *P. IV. tit. 5. §.* Beſcheidet der *Teſtator.* Itaque perinde eſt ac ſi electio tertio cuidam eſſet commiſſa *l. 3. §. 1. C. de legat.*

§. XVII.

JURE CIUILI certum eſt, verbis teſtamenta non tolli, nec mutari, cum nudis verbis non fiant

arg. l. 35. de R. *l.* licet coram ſeptem teſtibus ſe nolle prius teſtamentum valere, teſtator declaraverit *l. 27. C. de teſtam. Weſenbecius Conſ. 88.* ſed requiri inſuper, vt coram tribus teſtibus contraria voluntate manifeſtàta decennium praeterfluat, à tempore conditi teſtamenti computandum. BRUNNEMANN: *ad c. l. 27. C.*

LEGES NOSTRÆ cum non tot ambagibus in conficiendis teſtamentis ſint occupatae, quod Romanae ita benigniores in reuocandis ipſis ſeſe praebent, non attento decennio, tot teſtes ad reuocationem, quot ad ordinationem ipſorum, confecto deſuper ſolenni inſtrumento, requirentes *P. IV. tit. 6. §.* **da auch jemand.**

§. XVIII.

JURE CIVILI quae in conſulto in teſtamento deleta, inductaue ſunt, nihilominus valent, *l. 1. ff. de his quae in teſtam. del.* quia quod incaute factum eſt pro non facto habetur, hinc ſolerti indagatione opus eſt. In dubio autem reſpicitur, apud quem tabulae poſt mortem teſtatoris repertae, & ſi quidem apud teſtatorem reperiantur, conſulto facta deletio vel inductio praeſumitur, & teſtamentum nullum pronunciatur niſi mentis alienatio forte ſuperuenerit *arg. l. vlt. ff. de iniuſt. rupt. irrit. teſtam.* GILCKEN *ad l. 12. C. de teſt. n. 12.* Alii in dubio cancellationem vel deletionem ex voluntate teſtatoris factam eſſe dicunt, inter quos eſt BRUNNEMANN; *ad l. 2. h. t.* MANTICA *de conject. vltim. volunt. L. XII. tit. 1. n. 29.*

JU-

JURE NOSTRO hac diſtinctione non vtimur, ſed quia voluntatis ſuae mutatio eſt facti, & non praeſumenda *l. 22. ff. de prob.* ideoque ab eo qui ſe in illo fundat, probanda, *l. 22. de Legat II.* creditur inconſulto deletio facta, licet teſtamentum apud ipſum teſtatorem repertum, deletum turbatumque ſit *P. IV. tit. 6. § vlt.*

§. XIX.

Cum Romani tantis abundarent opibus immodicoque luxui eſſent immerſi, ut ex auro etiam & gemmis ſupellectile vterentur *l. 7. §. 1. ff. de ſup: legat.* non poterat non fieri, vt ſupellectile legata non ea tantum quae vilior, ſed ea etiam quae magno erat in pretio, praeſtari deberet, licet vel tota argentea vel aurea ſit *l. 3. §. 3. h. t.* cumſpe ciem potius rerum quam materiam intueri oporteat *d. §. 1. l. 7.*

Secu li noſtri ſeueritas non patitur, vt aurea argenteaque vaſa quotidiano vſui mancipemus, & ſi forſan talia exiſtant, oſtentationis potius quam quotidiani vſus gratia eadem haberi exiſtimo. quare is cui ſupellex APUD NOS eſt legata non plus petere poterit quam quod quotidianis vſibus teſtatori neceſſarium fuiſſe probauerit *P. IV. tit. 5. §.* Beſcheidet der *Teſtator.*

§. XX.

JURE CIVILI in legatis ad piam cauſam locus eſt detractioni quartae Falcidiae per textum in *l. 1. §. 5. l. 68. l. 89. ff. ad L. Falcid. arg. l. 49. pr. C. de Epiſcop. & Cler.* nec mutatum hoc reperitur per *auth. Similiter C. ad L. Falcid* ℞. enim, authenticas Codici infer-

ſertas in tantum valere, quantum cum Nouellis ex quibus deſumtae ſunt, conveniunt RITTERSHUS. *ad Nouel:* P. *III*. cap. 4. n. 8. STEPHANI *ad Nouel. pronem.* Binis autem tantum caſibus ceſſare Falcidiam in legatis ad piam cauſam vult Imperator nempe ſi intra ſemeſtre ſpatium ab hærede non praeſtentur, aut ſi ipſe mendacio uſus fuerit relictam ſubſtantiam non ſufficere ad iſta ſoluenda, ergo in reliquis caſibus obtinere eandem voluit *v. Nouel. 131. cap. 12.* ex qua deſumta eſt haec authentica. Diſſentit LAUTERBACH *inColleg.theoret. pract adL.Falcid.§.25.*

Fauor piae cauſae apud majores noſtros fere in neceſſitatem eam relinquendi abierat, adeo vt etiam haeredes ab inteſtato certam haereditatis portionem quam animam vulgo das Seelen-Geräthe vocabant, paſtori ſuo animarum & pauperibus, vel ad loca ſacra profecturis largirentur v. *Specul. Sueuic: cap. 4. art. 3. 11. & 38.* Hoc ipſo ſe non parum conſulere animae, unde forte verbum: Seelen-Geräthe enatum, eidemque mederi putabant, unde tot largitiones, tot donationes pro REMEDIO ANIMÆ tunc temporis ſusceptae. Nec ſucceſſu temporis hic fauor ceſſauit, ſed non minus praxi uniuerſali hodierna quam JURE NOSTRO ſtatutario legata pia integra ſunt praeſtanda nec defalcationi quartae obnoxia *Ord. Pol. P. IV. tit. 5. n. 31.* §. Wann die Erſchafft confer. RITTERSHUS ad Nov. 6. C. 5. *n. 31.* STRVVIVS. *Exerc. 36. th. 6.* TIRAQUEL *de privileg. piae cauſ. privileg. 26.*

§. XXI.

JURE CIVILI haeres qui legatum piae cauſae

ex

exſoluere debet, cautus ſit, vt infra ſemeſtre ſpatium à tempore inſinuati teſtamenti illud praeſtet, quod ſi negligit cum fructibus, vſuris & omni legitimo augmento â tempore mortis teſtatoris exigitur *Nouel. 131. c. 12.* Si denuo à magiſtratu admonitus diſtulerit, omni lucro quod ab eo cui ſuccedit habet, priuatur *dict. Nouel. 131. c. 11.*

JURE NOSTRO fauorabilior adhuc eorundem legatorum eſt conditio, dum quae piis cauſis relicta intra terminum ſaxonicum qui eſt ſex ſeptimanarum & trium dierum CARPZOV. *P. I. Conſt. 2. def. 22. n. 5.* ſub poena obſtagii domeſtici eines Jnnlagers ab haerede exſolvenda ſunt *P. IV. tit. 7.* §. der *Executorn* ampt.

§. XXII.

Licet de JURE CIUILI donatio mortis cauſa à praeſente praeſenti fieri debeat per *l. 38. ff. de M. C. D.* praeſentibus inſuper quinque teſtibus licet non rogatis *l. fin. C. h. t.* nihilominus tamen ſi facta abſenti aut ignoranti ſuſtinetur in vim fideicommiſſi *l. 75. l. 77. §. 26. de Legat. II.*

JURE NOSTRO conſtitutum, ne donatio mortis cauſa aliter valeat, niſi obſeruatis teſtamenti ſolennitatibus, & ſi ille, cui M. C. donatur vel ipſe praeſens, vel per procuratorem ad id ſpecialiter conſtitutum donationem acceptet, non ergo donatio quae abſenti aut ignorati facta apud nos vices fideicommiſſi ſubit. *P. IV. tit. 8.* §. *1.*

Digitized by Google

MEMBRVM II.

DE
SUCCESSIONE, QVÆ SINE TESTAMENTO SEV LEGE DEFERTUR.

§. I.

JURE CIUILI liberi naturales quoad matrem pro legitimis cenſentur, hinc non tantum ipſi cum legitime natis matri *§.* 3. *l. ad SCtum Orphitian: l. pen. C. d. t.* Sed etiam omnibus per matrem aſcendentibus ſuccedunt *l.* 2. *l.* 8. *vnd cogn.* patri autem non aliter, niſi alii liberi legitimi vel vxor non exiſtant, quo caſu duas vncias inter ipſos eorumque matrem diuidendas accipiunt, *Nouel. 89. c. 12.* §. 4. *auth. Licet. C. de natural. liber.*

In ſucceſſionibus apud barbaros vel recens Chriſtianos non magna quidem juſtarum nuptiarum ratio habebatur, vt conſtat Theodorici apud Oſtrogothos & Theodorici Clodouei filii exemplis. Sane pro Pipino Caroli M. filio naturali publicae praeces aeque ac pro filiis legitimis fundebantur, vti habet vetus Litania *T. II. Analector p. 687.* apud MABILLON. JURE vero NOSTRO conſtitutum eſt, vt filii naturales neque matri neque patri licet juſtam poſtea prolem non ſuſceperit, nec legitimam vxorem habuerit, niſi quoad alimenta ſuccedant *P. V. tit. 2. §. 2.* nec auo aut auiae proauo proauiaeque *d. l. §. vlt.* Hinc etiam eſt, quod nec aſcendentes ſpuriis ſuis ſuccedant, cum jura

ra ſucceſſionum ſint reciproca, ſed haereditas illegitime natorum fiſco cedat, niſi liberos habeant, aut aliter diſpoſuerint *c. l.* §. *2.* & *vlt.*

§. II.

JVRE CIUILI in ſuccedendo omnium praecipua ratio habetur liberorum quos natura & parentum commune votum ad haereditatem vocat *l. 7. in fin. ſi. tabul. teſtam. null. extab. l. 7. pr. ff. de bon. damnat l. 11. C. de ſuis & legit. lib.* hinc omnes omnino excludunt & aſcendentibus praeferuntur *Nouel. 118. cap. 1. pr.*

JVRE NOSTRO parens ex matrimonio ſuperſtes omnia bona retinet, nec liberi quamdiu ad ſecunda vota non tranſierint, provocare ad diuiſionem poſſunt, quod ſimulac fecerit, liberi vltra matris Geradam aut patris res expeditorias, nihil niſi dimidiam partem ex vniuerſis bonis per procreationem ſobolis in communionem redactis, capiunt *P. V. tit. 1.* §. *1. 2. ſeq.* In bonis hiſce liberorum ſeparatis patri vſumfructum adſcribit STRYCK *in S. A. I. Diſſ. IV. cap. 3.* §. *63.* negat eundem MEUIUS. *ad. Jus Lubec. L. I. tit. 2. art. 2. n 121 ſeq.* Quae autem ſuperſtiti coniugi obueniunt, non jure haereditario ſed ex lucro coniugali & jure ſocietatis obtinet MEUIUS *d. l. L. 1. tit. 10. art. 6. n. 25.*

§. III.

JURE CIUILI ſi liberi adſint ex diuerſo matrimonio nati, in bonis patris ſui aequaliter, in maternis quilibet ſuae matri ſuccedit quo facit *l. 4. ff. ad*

SCtum Orphit. l. 4. C. de ſecund. nupt. l. 13. §. 2. C. de legit. haered.. Nouel. 22. c. 29. RICHTER *de ſucceſſ. ab inteſt. membr. 1. n. 17.*

JURE NOSTRO ſi liberi duorum matrimoniorum exiſtunt, attendi debet an cum vitrico aut nouerca ſimul, an ſoli inter ſe concurrat. Priori caſu ſi liberi prioris matrimonii cum nouerca & vnilateralibus concurrunt, coniux illata ſua praecipit eadem ratione, qua liberi prioris matrimonii materna ſua praecipua habent, rerum patris expeditoriarum reliquae bonorum maſſae vnam dimidietatem liberi prioris, alteram poſterioris matrimonii vna cum matre ſua ſuperſtite capiunt *P. VI. tit. 2.* ſi ſoli liberi adſint omnium bonorum dimidiam partem cuiuslibet matrimonii liberi habent cum ſuae matris Gerada, de patris rebus expeditoriis partes faciunt aequales *P. VI. tit. 3.* Quodſi vero ex trinis nuptiis adſit proles ſiquidem nondum ſeparata ita ſucceditur, Ex primo matrimonio reliqui dimidietatem bonorum patris cum matris ſuae Gerada, & dimidiam rerum expeditoriarum patris ſui partem; ex ſecundo matrimonio quartam partem bonorum patris cum matris ſuae Gerada, & quarta rerum expeditoriatrum paternarum portione, ex tertio matrimonio cum matre ſuperſtite liberi quartam partem bonorum paternorum cum illatis ſuis repetunt vna cum rerum patris expeditoriarum quadrante *P. VI. tit. 4.*

§. IV

Secunda ſuccedentium ratio eſt aſcendentium, hi

hi enim de JURE CIUILI indiſtinċte nullis exiſtentibus liberis ad luctuoſam haereditatem vocantur *l. vlt. C. de inſt. & ſubſtit.* ſed cum non ſic parentibus liberorum, vt liberis parentum debeatur haereditas hi etiam fratrem defuncti germanum aut eius liberos ſecum in ſucceſſione admittere debent *Nouel. 118. c. 2.*

JVRE NOSTRO aſcendentium ſucceſſio potior eſt, quam quae fratres admittat, hinc omnes è latere venientes, illorumque liberos â ſucceſſione excludit *P. V. tit. 3. §.* ferner wenn jemand. Quod tamen ita intelligendum, niſi parens ad ſecunda vota proſilierit, aut liberos à ſe ſeparauerit, hoc enim facto liberi tantum inter ſe haereditatem ſuam transmittunt, patre ab omni ſucceſſionis jure remoto *P. V. d. tit. §. vlt. P. VI. tit. 15.* Idem dicendum de matre ſecunda vice nubente *P. VI. tit. 12. §. 3.* Conſentit nobiſcum Landrecht *L. I. art. 17.*

§. V.

An de JURE CIUILI. in ſucceſſione aſcendentium bonorum diſtinctio attendi debeat, ita vt pater vel auus paternus ſolum in bonis paternis, mater vero & auia materna in bonis ex materna linea profectis ſuccedat, ſummopere inter Ddres controuertitur. Affirmat illud CARPZOV *P. III. Conſt. 14. def. 2.* per textum in *l. 3. §. fin. C. de bon. quae lib. l. 4. C. de ſecund. nupt.* aliique ibi citati. Negat è contra STRYCK *in S. A. I. Diſſ. II. c. 1. §. 21.* cum allegatis.

 Cla-

Clarior JURIS NOSTRI eſt deciſio, ſecundum quod nulla bonorum differentia, aut origo vnde prouenerint, attenditur, ſed omnes perinde aſcendentes ſiue ſint primæ ſiue vlterioris gradus ad aequales portiones vocantur *P. V. tit. 3. §.* **Wo aber** *in fin.*

§. VI.

JURE CIUILI veteri cum ſola agnatio in ſucceſſionibus ſpectaretur, fratres conſanguinei a germanis non excludebantur *§. 1. I. de legit. agnat. ſuc.* quod tamen per Juſtinianum in *Nouel. 82. c. 1. Nouel. 118. c. 3.* eſt mutatum, & quidem adeo, vt etiam germanorum fratrum liberi vi juris repraeſentandi excludant vnilaterales *d. Nouel. c. 3. ỽ. Vnde conſequens.*

Aliud ſtatutum eſt in NOSTRA CIUITATE, vbi frater vtrinque coniunctus excludit quidem ex vno latere junctum, ideo quod gradu hic forte remotior, ſecundum illud iuris ſaxonici: **die halbe Geburt tritt ein Grad weiter.** Quando autem cum fratre vnilateriali concurrunt fratrum germanorum liberi, omnes ſuccedunt in capita *P. V. tit. 4.* §. *2.* Conſentit iterum **Landrecht** *L. I. art. 3. & L. II. art. 20.*

§. VII.

JURE CIUILI ſi quis decedit relicto fratre vterino & fratre conſanguineo, vterinus ea bona quae à matre ad defunctum deuoluta ſunt, praecipua habet, quae vero à patre prouenerunt, ea frater conſan-

ſanguineus obtinet, in reliquis aequaliter ſuccedunt *l. 13. §. 2. C. de legit. haered. Nouel. 84. c. 1. 2.*

JURE NOSTRO tali caſu nulla bonorum diſtinctio attenditur, ſed vterini & conſanguinei aequalibus partibus ſuccedunt *P. V. tit. 4.* §. **Läſt der verſtorbene.** Ratione hoc ſtatutum non deſtituitur, cum enim bona à filio licet ex re patris aut matris quaeſita in proprietatem ipſi cedant, & patrimonii partem faciant, non poſſunt dici quod paterna vel materna adhuc ſint, quae jam diu cum filii bonis propriis coaluerunt conf. *l. 10. §. 2 ff. de Vulg. & pupil. ſubſtit.*

§. VIII.

JURE CIUILI ſi ſpurius nullum teſtamentum condidit, proximitatis nomine frater eius ex eadem matre natus bonorum poſſeſſionem ex edicto petere poteſt *l. 2 l. 4. ff. Vnd. Cogn.*

JURE NOSTRO cum ſpuriorum nulla ſit ſucceſſio, vt ne matri quidem ipſi ſuccedant. *v. §. 1. praec.* hominis extra matrimonium nati bona, ſi nullum teſtamentum condidit liberosue habuerit, fiſco addicuntur. *P. V. tit. 2.* §. **Aber nach.**

§. IX.

JURE CIUILI quoties haereditas inter duos pluresue eſt diuidenda, res peragitur officio judicis vel electis arbitris, ita vt horum arbitrio aequales partes conſtituantur, & dein per ſortem vel ſententiam cuilibet aſſignentur *§. 4. I. de off. jud. l. 3. l. 4. l. fin. C. comm. diuid.*

APUD NOS inualuit, vt duobus fratribus exiſtentibus maior diuidat, minor eligat, quod ſi inter marem & foeminam eſt diuidenda haereditas, mas indiſtincte jus habet eligendi, fœmina cum curatore ſuo diuidit *P. V. tit 4. §.* Wann auch Concordat jus Saxonicum Landrecht *L III art. 29.* immo & jus Canonicum in *cap. 1. X. de parroch.* Major vero hic aeſtimandus, non qui aetate praecedit, ſed qui diutius eſt in poſſeſſione *Ddr. in cit. cap.* Quod auautem hic diuidendi modus jam antiquiſſimis vſitatus fuerit temporibus, docemur exemplo S. Scripturae, vbi Abrahamus fratri ſuo natu minori Lotho electionem dabat his verbis: *Si ad ſiniſtram iueris, ego dextram tenebo, ſi tu. dextram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam Geneſ. 13. v. 9.* Conf. BEYERI *egregia diſſertatio de prouerbio: major diuidit &c.*

§. X.

JURE CIUILI mortua vxore dos à patre profecta revertitur quoque ad patrem, niſi pactis dotalibus aliter conuentum fuerit *l. 10. ff. ſol. matr. l. 4. C. d. t.* Quod procedit etiamſi vxor defuncta liberos reliquerit ſecundum BARTOL. *in l. ſi poſt dotem ff. ſol. matr.* CUJACIUS *ad African. in l. fin. rem rat. hab.* nec maritus ſine pactis dotem lucratur.

Sed de JURE NOSTRO ſi nulli liberi adſint, maritus poſt mortem vxoris omnia, mobilia, excepta Gerada quam proximis conjugis haeredibus reſtituit, lucratur. Quodſi igitur dos in mobilibus conſiſtit, non revertitur ad patrem vel alium cognatum, ſed

marito

marito cedit. Pari modo ſuperſtes vxor etiam eſt haeres mobiliaris *P. VI. tit. 8. §. 1. 2.* Immobilia habet jure vſusfructus quamdiu viuit poſt mortem ipſius ad haeredes prioris coniugis recaſura *P. VI. tit. 5. § 1.* De eo caſu ſi liberi adſint dictum eſt *ſupr. §. 1. ſeq. h. c.*

§. XI.

JURE CIUILI coniuges ſuccedunt beneficio Prætoris, deficientibus demum agnatis & cognatis, modo juſtum fuerit matrimonium, & ad finem vsque vitae durauerit *l. vn. ff. Quand. vir. & vxor.* quod etiam placuit Imperatori THEODOSIO & VALENTINIANO *in l. vn. C. d. t.* Poſtea Imperator noſter JUSTINIANUS aliam eamque extraordinariam ſucceſſionem introduxit, & quidem ita demum, ſi matrimonium ſit indotatum, praedefunctus diues, ſuperſtes autem pauper, quo caſu ſi liberi adſunt tres vel pauciores quartam, ſi plures virilem portionem jure vſusfructus, ſi plane nulli adſint, quartam pleno jure capit *Nouel. 53. c. 6. v. l. 2. C. de ſecund. Nupt. Nouel. 22. c. 2. v. Et haec communis.*

Cum ſucceſſionis coniugum jura jam *§. 1. & 10.* praeoccupauerimus, ea hic repetere ſuperſedebimus, hoc vnicum addentes, quod ex ſecundo matrimonio coniux ſuperſtes, ſi liberos ex iſto habeat, omnia mariti ad ſe illata pleno jure teneat: ſi nullos habeat, vſufructu tantum in iis gaudeat *P. VI. tit. 13. §. vlt.*

§. XII.

JURE CIUILI ſi ratione patris ante jam defun-

ēti haereditas liberis obuenit non ſimul tranſit ad vxorem ſuperſtitem, quia ſolum agnationis jus & proximitas gradus in ſucceſſione attenditur, ſuperſtes coniux vero ratione praedefuncti neque agnationis neque proximitatis jura habet.

MORIBVS NOSTRIS obtinet, vt quoties liberis haereditas aliqua ex agnatione defuncti patris defertur, toties ipſi non tantum illam habeant, ſed & ſuperſtitem matrem ſecum admittere teneantur, quae ſi ad ſecunda vota conuolauerit, hoc jus ſtatim ipſo facto extinguitur *P. VI. tit. 12. §. 1. ſeq.*

§. XIII.

Imperator noſter Juſtinianus, cum deficientibus liberis parentes cuiuscunque generis proximiores ad ſucceſſionem liberorum demortuorum vocet non attendit, an liberos emancipauerint, an à ſe ſeparauerint, ſed perinde parentibus liberorum vt his illorum haereditatem defert, cum jus ſuccedendi debeat eſſe reciprocum *l. 11. C. com. de ſucc. Nouel. 53. c. fin.*

JURE NOSTRO diſtinctio in liberos ſeparatos Jure Lubecenſi vſitata in tantum eſt recepta, vt, ſi liberi ſeparati ſint omnes, defuncti filii ſeparati haereditas tranſeat ad alios conſeparatos, ſi vero ſinguli diſtinctis actibus, tunc ſi defunctus res auitas habuit easdem remittit ad patrem, modo hic nondum ad ſecunda vota tranſierit *P. VI. tit. 15.* Liberi vero ob ſecundas nuptias à patre ſeparati eidem non ſuccedunt *P. VI. tit. 1. in fin.* bene autem illi qui à viuis parentibus ſunt ſegregati *d. P. VI. tit. 16.*

CA-

CAPVT III.
DE CONTRACTIBVS

§. I.

JURE CIUILI qui eſt vltra pubertatis annos ſi curatorem non habet *l. 3. C. de in integr. reſt.* quod hoc jure fieri poterat abſque vlla ſolennitate bona ſua poteſt vendere, donare ſiue ſint mobilia, ſiue immobilia *l. 2. ff. ſi à par. quis manumiſſ. l. 35. §. vlt. C. de donat* modo obſeruauerit requiſita pactorum juxta jus commune in *l. 3 ff. de O & A.*

JURE NOSTRO autem illa libere contrahendi poteſtas minoribus eſt ademta, & ſi quis eorum vendere, donare &c. velit, adeat neceſſe eſt judicem, petatque confirmationem, aut tutorum conſenſum prius impetret, alias jure non valet ipſorum contractus *P. II. tit. 1. §. 1.*

§. II.

JURE CIUILI vnusquisque ſuo arbitratu poteſt quærere emtorem etiam penitus extraneum *l. 14. C. de C. E. l. 1. C. com. diuid.* ſicque omnis linearis retractus hoc jure exulat BOCER. *Claſſ. II. diſp. 22. n. 30.* STRYCK *in S. A. I. diſſ. V. cap. I. §. 8. in fin.* Agnatus vero qua talis non retrahit, niſi ſimul ſit creditor in concurſu creditorum *l. 16. ff. de reb. aut jud. poſſ. l. 60. ff. de pact.*

JUS NOSTRVM ſtatutarium introduxit jus retractus gentilitii, vi cujus deſcendentes qui intra quartum gradum eum a quo bona primario deuenerunt, cognatione attingunt, immobilia intra annum

& diem oblato pretio redimendi jus habent *P. II. tit. 4. §. 1.* Quod vero gradus proximitas non ad venditorem hic referatur plane contrariatur *l. 10. §. 2. ff. de Vulg. & pupill. ſubſtit* & fere ſingulare eſt, quemadmodum illud, quod repraeſentationi locus hic nullus ſit §. Und hab *d. l.* quamuis eam in deſcendentibus admittat STRICK *d. l. C. 3. §. 43. 44.* An hoc jus retractus fauorabile an minus quaeritur? Vltimum vult TIRAQUEL: *in retr. lign. in praef. n. 60. & §. 1. gloſſ. 9. n. 188.* ZIEGLER *in diſſ. p. 1761.* id quod tamen mihi non probatur, cum ille jam deprehendatur in ſacris literis *Num. 36. v. 9. Jerem. 32. v. 7,* bona auita etiam de Jure Ciuili fauorabilia *v. l 35. de minor. l. 38. de R. V.* Jura de Retractu ſtatutaria *v. in diſſ.* KLEINII *p. 753.*

§. III.

Ut pretii quantitas in venditione in ſcriptis celebrata exprimatur de JURE CIUILI nullibi conſtitutum legitur *arg. l. 17. C. de fid. inſtrum*: *§. 1. I. de E. V.* ſed ſufficit de re & pretio partes tantum inter ſe conſenſiſſe.

LEGIS LATORES NOSTRI ad praecauendam laeſionem & quo minus partes ſe convenire poſſint, ſaluberrime conſtituerunt, vt inſtrumento venditionis praeſertim rerum immobilium pretii quantitas ſpecifice demonſtretur. *P. II. tit. 3. §.* Ob auch.

§. IV.

JURE CIUILI venditor inſtrumenta authentica ad fundum pertinentia praeciſe tradere non compellitur, cum ad pareſtandam euictionem iis opus habeat

beat *l. 4. §. 3. famil. herciſc. l. 24. C. de fideicom: l. 48. l. 52. ff. de A. E. V.* ſed ſufficit oſtendi, copiamque illa deſcribendi emtori praeſtare.

JURE NOSTRO municipali venditor omnia rem venditam concernentia inſtrumenta vna cum apochis & quitantiis emtori tradere debet, quod procedit, etiamſi in contractu eorum nomine nil conventum fuerit. *P. II. tit. 3. §.* Wann ein Kauff.

§. V.

JURE CIUILI venditor in re vendita ratione pretii nondum ſoluti hypothecam nullam habet, aut enim fidem de pretio habuit, & tunc res plenarie ad emtorem tranſiit, hypotheca expreſſa ipſi non competente, cum pactus eam non fuerit, tacita vero plane ceſſante, cum lex illam conſtituens deſit *l. 1. & tt: ff. & C. in quib. cauſ. pign. tacit.* Si autem fidem nullam emtori habuerit, nec rem tradiderit, res eſt adhuc ipſius propria, nec ab illo abiit, adeoque in re propria hypoteca exiſtere nequit, licet tanquam pignus retineri poſſit *l. 13 §. 8. de A. E. V.* ſi vero tradidit, non hypotecaria, ſed rei vindicatione ad rem recuperandam agit *§. 41. I. de R. D.* CARPZOV. *P. I. Conſt. 28. def. 17.*

Ab hac diſpoſitione abierunt STATUTA NOSTRA & venditori qui rem tradidit & ſolutionem in certos terminos auff gewiſſe Tagezeiten ſibi ſtipulatus eſt jus tacitae hypotecae in re vendita conceſſerunt, modo non ſimpliciter emtoris fidem ſecutus fuerit *P. II. tit. 2. §. 1.* Quod etiam cum aliis locorum ſtatutis congruit *v.* Würtenbl Landsordn.

P. II tit. 9. §. wann auch / nec aequitatis ratione caret, ne ſcilicet venditorum bona fides ipſis ob dolum emtoris ſit damnoſa.

§. VI.

Si venditor pretium à moroſo emtore conſequi non poterat, de JURE CIVILI ipſi tantum comparata erat actio venditi, qua & pretium & vſurarae petebantur *l. 13 §. 20. ff. l. 13. C. h. t.* quae erat tantum ciuilis & rei perſecutoria. Licet autem ille qui inuito domino rem contrectat, contra datam fidem agendo furti crimen incurrere dicatur in *l. 71. pr. ff. de Furt. l. 29. pr. ff. depoſ.* poena capitalis tamen non legitur in eum conſtituta *v. §. 18. cap. 4. infr.*

JUS NOSTRUM quod omnem fraudem à negotiis ciuium ſuorum abeſſe tantopere ſtudet, ſeueriſſimam poenam dictitat doloſe agentibus, hinc ſi emtor nondum ſoluto pretio clam aufugit, furi maxime ſimilis & laquei poena ſubiugandus habetur *P. II. tit. 2. §.* wer den andern *in v.* Tritt ihn an ſein ſelbſt Halß. Jure quidem Carolino debitam fidem negligens inſtar furis puniri debet *artic. 107. Ord. Crim. Carol. Vti* quod tamen de dupli aut quadrupli poena intelligo ſecundum *art. 157. 158. dict. Ord.* non de poena capitali HOPP: *ad §. 6. I. de Oblig. ex delict.*

§. VII.

Licet non nullorum opinio ſit, quod jus protimiſeos de JURE CIUILI competat ſociis, idque defendere praeſumant ex Conſtitutione FRIDERICI Imperatoris quae extat *V. Feudor. 13.* veriorem tamen egomet exiſtimo eorum ſententiam, qui ſociis o-

mnia

mnia juris protimiſeos priuilegia denegant, expreſſo textu ſe fundantes in *l.* 3. *C. commun. rer. alien. l.* 1. *d. t. l. 68. ff. pro Soc.* exinde quod haec FRIDERICI conſtitutio nunquam fuerit recepta CARPZOV. *P. II. Conſt.* 31. *def.* 1. *n.* 7. Eo magis antem hoc verum eſt, cum jus ciuile ne quidem retractum gentilitium agnoſcat, cum tamen ille ex vinculo quodam naturali, hic ex ſolo vinculo ciuili oriatur *v. §.* 2. *praec.*

Sed quidquid horum ſit, JURE NOSTRO certum eſt, ſi ſocius qui rem immobilem cum aliquibus habet communem, illam vendere velit, ipſam neceſſe eſt, vt primum ſociis qui partem in illa habent omnibus, vel ex illis vni cui plus fauet, offerat; qui ſi intra terminum ſaxonicum juſto pretio eandem emere nolint, ad quemlibet extraneum licite deuenire poteſt *P. II. tit.* 5.

§. VIII.

Ad praecauendam laeſionem Aediles voluerunt, vt venditores animalium, vel jumentorem certiorarent emtores, quid in quoque eorum morbi vel vitii ſit *l.* 1. *§.* 1. 2. 7. 8. *l.* 38. *pr. ff. de aedil. edict.* Quodſi factum non fuerit, poterat agi ad redhibendum intra ſex menſes, vel quanti minoris intra annum *l.* 19. *§. fin. ff.* & *l.* 2 *C. de aedil. act.*

APUD NOS in equo vendito quatuor tantum vitia eaque talia quae à quolibet peritiſſimo cognoſci nequeunt, praeſtantur, nimirum ſi furtiuus, ſi aſthmaticus, ſi reſtitor, ſi pituitoſus vel mucoſus deprehendatur. Sues vero, aliaque pecora ſaginaria ad mactandam deſtinata, ob vitia ſua interna intra triduum redhi-

redhiberi debent, quo non obſeruato venditor de iis reſpondere non habet neceſſe *P. II. tit. 9. §. 1. 2.*

§. IX

Emtio venditio de JURE CIUILI eſt perfecta, ſimulac de re & pretio inter ſe conuenerunt pr. I. de E. V. nec intereſt, ſiue res vendita ſit mobilis arg *L. 34. §. 1. ff. de C. E.* hinc emtione perfecta ſtatim periculum & commodum rei venditae eſt emtoris §. 3. *I. de E. V. l. 34. §. 6. l. 35. §. 4. ff. de C. E. l. 8. pr. de peric. & commod. rei vend.*

JURE NOSTRO in venditione rerum mobilium hoc lubens admitto ob textum in *P. II. tit. 2. §. 2.* quae eodem quo apud Romanos modo perficitur, aſt longe aliter ſe res habet in immobilibus, quarum dominum ſine judiciali ſolennitate de qua v. §. 2, *Cap. 1.* nontransfertur, illarum vero alienatio nec jure facta nec valida pronunciatur *P. II. tit.* 3. §. *1. in fin.* Immo claris verbis deciditur emtionem immobilium non eſſe perfectam ante factam reſignationem & acceptas inueſtiturae literas, at vero emtione nondum perfecta, periculum eſt venditoris *P. II. tit. 2.* §. Wann jemand.

§. X.

JURE NOSTRO ſtatutario ſi quis rei locatae amplius inſiſtere nolit, opus eſt, vt tres menſes antequam tempus locationi præfinitum effluxerit locatori ſuo animum ſuum denunciet, vt interea de idoneo rei ſuae conductore cogitare poſſit dominus *P. II. tit. 15. §.* wann aber/ id quod etiam in locatione operarum obtinet *P. IX. tit. 2. §.* Und anfänglich.

Non

Non ita de JURE CIUILI, hoc enim locatio conductio ſolo temporis lapſu finitur, nec vlla opus eſt reſignatione, tempus enim quod a locatore expreſſum, pro interpellatione eſt: nec aliam requirit *l. Magnum 12. C. de contrab. ſtipul.* MEUIUS *P. VII. deciſ. 148. n. 2.*

§. XI.

Si quis rem ſibi elocatam alteri rurſus relocet, quin ſubconductoris res inuectae pro ea parte & penſione qua conduxit tacite de JURE CIUILI ſint obligatae, nullus dubito ob *l. 11.* §. *5. ff. de pign. act.* Nec obſtat *l. 24.* §. *1. loc.* quia circa hypothecam tacitam alio jure vtimur in paediis ruſticis *l. 4. l. 7. in quib. cauſ. pign. tac.* alio autem in vrbanis.

JURE NOSTRO jus tacitae hypothecae locatori in illatis ſui conductoris competens nullibi reperitur extenſum ad bona ſubconductoris, quare cum inter illos qui jure taciti pignoris in aliorum bonis gaudent, non numeretur *v. P. II. tit. 17. per tot. & tit. 15.* §. **wann auch** *& §. ult. d. P. II.* merito dici poteſt, illum hoc priuilegio vti non poſſe *add. l. 64.* §. *9. ſol. matrim.*

§. XII.

JURE CIUILI ſi quis vltra locationi ſtatutum tempus, non modico temporis ſpatio in praediis vrbanis permaneat, locationem tacite renouaſſe cenſetur, prout quisque habitauit *l. 13. §. fin. Loc.* i. e. pro eo tempore quo quis finita prima locatione habitauit, vti vult CARPZOV. *P. II. Conſt. 37. def. 9.* vel prout, quo quis habitare ſolitus eſt ita STRYCK *in V. M. h. t. 68.*

Plana JURIS NOSTRI eſt deciſio, ſecundum quod ſi conductor praedii vrbani poſt finitam locationem per vnum aut duos menſes in eo permanſerit, contractus ad quadrantem anni redintegratus habetur. *P.* II. *tit.* *15.* *§.* **Behielte aber.** Tacita haec reconductio vero haud demum oritur ſi vltra conuentum tempus rem locatam poſſidere incipiat, ſed ſimulac praeſtituto tempore locatori renunciationem facere ſuperſedit de qua §. *praec.*

§. XIII.

Quanquam haec opinio: quod emtor expellat conductorem ſuis in JURE CIUILI non careat dubiis STRYK *de inveſtig. action. ſect. I. m.* 6. §. *53.* praxi tamen adeo inualuit, vt in pronunciando vix ab illa abeant ICti ob *l. 25. §. 1. l. 32. ff. l. 9. C. Locat.* Contra communem opinionem explicuit hanc *legem 9. C.* ZOLLIUS in ſpeciali *diſſertatione ad eand. l. habita Rintelii anno 1687.* Mox pro communi opinione ſecutae ſunt: *vindiciae Otton. Philip.* ZAUNSCHLIFFERI, quibus ZOLLIUS nouam oppoſuit refutationem, quam demum ex parte altera exceperunt *vindiciae vindiciarum.*

JURE NOSTRO attendendum videtur, an de expellendo conductore inter venditore & emtorem conventum fuerit, & aedes vacuae emtori promiſſae, & tunc venditor vel haeredes cum conductore amice tranſigere debent, quod ſi non factum, conductori vſum & poſſeſſionem tamdiu praeſtare debet dominus, quamdiu initio locationis inter ipſos conuentum fuerit *P. II. tit. 15.* § **verkaufft.**

§. XIV.

§. XIV.

JURE CIUILI morte ſocii adeo ſoluitur ſocietas, vt etiam inter reliquos diſſolvatur, niſi ab initio aliud inter ipſos actum ſit §. *5. l. de Societ. l. 65 §. 9. pro ſoc.* Illud autem pactum, vt haeres in ſocietate ſuccedat in tantum inutile eſt, vt nec ab initio *l. 52. §. 9. l. 35. l. 59 h. t.* nec cum juramento interpoſitum aliquid operetur FRANTZK *ad tit. pro ſoc. n.* 123. MANTICA *de tacit. & ambig. conuent. L. VI. tit. 24. n. 19.*

JURE NOSTRO ſi vnus ex ſociis decedit, reliqui nihilominus in ſocietate pergunt, id quod ex eo probo, quia defuncti haeredes indiſtincte in ſocietatem ſecum admittere ſocii debent, ipſi vero haeredes contra voluntatem ſuam poſt redditas rationes in eadem teneri nequeunt. *P. II. tit. 23. §.* Stirbt ein Maecoper. Poteſt autem hoc jure ſocietas haeredibus parari duplici modo, vel tacite ipſa lege, ſi ſcilicet defunctus ſocietatis quondam auctor fuit, quo caſu ſine juſta cauſa haeredes ipſius repudiari non poſſunt, vel expreſſe, & quidem pacto ab initio interpoſito *d. §. & 5.* Jedoch wann.

§. XV.

JURE CIUILI videri quidem poteſt, quaſi nulla ſocietas eſſe poſſit, niſi inter negotiantes ob *l. 7. ſ. pro. Soc.* verior tamen eorum eſt ſententia qui etiam inter illos qui nullum exercent negotium communionem intercedere poſſe exiſtimant Blaſ: MIHALOR *de fratr. c. 16. n. 5.* MANTICA *de tac. &*

ambig con. d. l. n. 5. Ideoque hoc jure ſocietas poteſt diuidi in eam quae eſt omnium bonorum, ad quam pertinent legata theſaurus, vel ſimpliter bonorum, vel certae alicuius negotiationis *l. 3. §. 1. l. 7. ff. pro. Soc.*

JURE NOSTRO ſocii dicti **die Maſcoper** illi tantum intelliguntur qui communem negotiationem vel mercaturam exercent, nec aliud quicquam in ſocietatem venit praeter quaeſtum & damnum ex negotiatione redundantia *P. II. tit. 23. §.* **Alle Maſcopeien.** Generalem ſocietatem omnium bonorum, & bonorum ſimpliciter, cum ſit rariſſima, adeo vt vix inter conjuges alicubi imago detur HUBER *ad l. h. t.* ſtatuta noſtra hic non comprehendunt.

§. XVI.

Veterem vſurarum modum Imperator JUSTINIANUS correxit in *l. 26. C. de vſur.* diſtinctione habita perſonarum, ſic illuſtres capiebant tantum tertiam partem centeſimae, quae erat quatuor in centum, argentarii vero beſſem centeſimae, ſiue octo quotannis in centum, pupillis ob pecuniam à tutoribus in ſuos vſus verſam debebantur centeſimae *l. 1. C. de Vſur. pupillar.* ibique GOTHOFRED.

Legibus Imperii vniuerſalibus, vid. *R. I. de anno. 1530. & 1548. tit.* **von wucherlichen** *Contracten* vti & *R. I. de anno. 1600 §. 139.* & nouiſſimum *de anno 1654 § 174* & praxi locorum fere communi, ſicut aequales nempe quincunces vſurae introductae ſunt & approbatae, ita JURE NOSTRO eaedem nec vlteriores permiſſae ſunt *P. II. tit. 11.* §. **Jedoch** *ſeq.* **Braunſchl. Lüneb. Celliſche Polycey Ordn.** *c. 39. §. 3.*

nec

nec quod grauiores pupilli à tutoribus ſuis petere poſſint, exinde conſtat, quod iisdem quae à quouis alio ipſis praeſtari debent jubeantur eſſe contenti *P. VII. tit. 1. §.* Trüge ſichs auch zu. Conſentit juri noſtro praxis Camerae Imperialis v. LAUTERBACH *in Colleg. theoret. pract. tit. de vſur. §. 24.*

§. XVII.

Cum mutuum ſit contractus ſtricti juris arg. §. 28. *I. de action.* in quibus pacta etiam in continenti addita ratione actoris non inſunt, hinc vſurae pacto nudo promiſſae ut peti poſſint ratio JURIS CIUILIS non patitur *l. 3. C. de vſur.* nec ſufficit ad easdem petendas quod jam aliquando ſolutae fuerint *l. 7. d. t.*

Cum tam in NOSTRA CIUITATE quam in vniuerſa Germania hodie nudi pacti eadem vis ſit quae ſtipulationis, & ex pacto vbique valide agi poſſit CARPZOV. *P. II. C. 19. def. 17. n. 8.* MEV. *P. V. deciſ. 407.* praeterea mutuum hodie gratuitum vix dici poſſit STRYCK *in V. M.* §. 9 vſurae pacto promiſſae omnino debentur *P. II. tit. 11. d. §.* Jedoch da Immo ſine pacto ex ſolo interuſurio apud nos deberi vſuras nach wechſel cours credo, quo facit *l. 18. §. 1. ff. h. t. l. 2. C. de vſur.*

§. XVIII.

Qui improbum foenus exercent de JURE CIUILI fiunt infames *l. 20. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* de ſuperfluo nullam habent actionem & ſi acceperunt, ſorti imputatur *l. 26. §. 1. v. ſiquis autem C. de vſur.*

STATUTIS NOSTRIS placuit poena per R. R.

Imperii in improbos foeneratores ſtatuta, ita vt quod vltra legitimas vſuras acceperunt, laeſo reſtituant, quarta inſuper ſortis parte amiſſa & fiſco vindicata. *P. II. tit.* 11. *§.* Sonſten wollen wir / quod tamen de debitore ignorante intelligi velim ob *§. ſeq.* Conſentit iterum Lünebl. Celliſche Polycey Ordn. *Cap. 39.* §. *4.*

§. XIX.

JURE CIUILI. quod vltra legitimam quantitatem vſurarum nomine eſt ſolutum, poteſt repeti condictione indebiti *l. 18. C. de vſur. l. 26. §. 1. ff. de Condict. indeb.* etiamſi ſciens volensque illud quis dederit STRYCK. *in V. M. tit. de vſur.* §. *47.* WESENBEC. *P. II. conſ. 72. n. 13.* cum nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtat *l. 18. de adimend. & transf. leg.* Adeoque non obſtat *l. 53. de R. I. & l. 1. de Condict. indeb.* Accedit quod priuatorum pactis jus publicum tolli haud fas ſit *l. 38. ff. de pact.*

JURE NOSTRO debitoribus ſcientibus hoc caſu non ſuccurritur, ſed ſi vltro, nullo errore ſeducti grauiores quam quincunces vſuras ſoluerint, ad ipſas repetendas nulla ipſis prodita eſt actio *P. II. tit. 11. §.* Hätte aber. Quodſi creditores qui illicitas vſuras acceperunt, â debitore ſuo datis forſan falſis literis cambialibus decepti ſunt, poena falſi corporis aduerſus eundem locum non habet, vti non ita pridem â Facultate quadam juridica pronunciatum eſſe ſcio.

§. XX.

In eo iterum magna inter JUS noſtrum & CIVILE eſt differentia, quod hoc jure Senatus conſulti

Ma-

Macedoniani prohibitio pertineat tantum ad filios familias in ſacris paternis adhuc conſtitutos *l. 1. §. 1. ff. de Senatusc. Maced.* & quod in genere comprehendat omnes ſine vlla diſtinctione an boni, an nullius frugis *d. l.* modo non ſit data pecunia ſtudiorum cauſa abſenti *l. 7. §. 13. d. t.*

JUS vero NOSTRUM prohibet creditores mutuo dare liberis immorigeris tantum & prodigis, quibus etiam in academia ſtudiorum cauſa agentibus, ſi mutuum dant, nec probare poſſint, pecuniam in parentum vtilitatem aut ſtudiorum cauſam eſſe verſam, actionem nullam habent. Haec prohibitio autem ſeſe etiam ad liberos inobedientes qui ſui ſunt juris attamen ſub tutorum vel curatorum inſpectione extendit. adeoque quod in vna parte reſtringunt, in altera dilatant *P. II. tit. 13. §.* Ferner wo/ *ibique* oder der Vormünder willen.

§. XXI.

JURE CIUILI debitoribus immobilia ſua priuatim ſine vllo ſtrepitu judiciali creditoribus ſuis hypothecae dare licitum eſt, nudo enim pacto hypotheca poteſt conſtitui *l. 1. de pign. act. l. 4. de pign. & hypoth. l. fin. C. quae res pign. obl.* licet & hoc jure hypotheca publica qualis eſt quae à tribus teſtibus ſubſcripta, priuatae etiam anteriori praeferatur *l. 11. C. qui pot. in pign.*

JURE NOSTRO ſi debitor mobilibus forte deſtitutus aut iis haud ſufficientibus hypothecam in immobilibus generalem vel ſpecialem creditori ſuo conſtituere neceſſe habet, debet id fieri coram judice rei ſi-

tæ & contractus inſcribi libro publico dem Contract Buche / aut alio modo à magiſtratu confirmari. Cujus rei ratio haud inanis eſt, ne ſcilicet eadem re ſi pluribus oppignoretur creditores defraudentur *P. II. tit. 7. ſ.* wer aber & *Tit. 17.* §. Ob nun. Ea vero immobilium oppignoratio quae coram teſtibus aut per transactionem fit, illud tantum commodi habet, vt omnibus chirographariis praeferatur, ſub quibus tamen non comprehendo judiciali auctoritate arreſtantes, vti vult CARPZOV. *P. II. Conſt. 23. def. 14. n. 8.* nam hi jus quoddam reale ſunt conſecuti, adeoque inter meros chirographarios referri non debent, cum alias ipſis arreſtum nil prodeſſet. Sub immobilibus autem hic non continentur nomina & actiones *P. II. tit. 6.* §. *vlt.* quia harum oppignoratio traditionem requirit, adeoque metus vlterioris oppignorationis ceſſat.

§. XXII.

Hypotheca tacita quae & alias à cauſa ſua efficiente legalis vocatur, ſine lege eam concedente, exiſtere non poteſt. Vnde tacitam hypothecam eccleſiis, aliisque piis corporibus in bonis adminiſtratorum ſuorum competere, nec ex JURE CIUILI nec Canonico defendi poſſe ait HARPRECHT *in trutin. XX. pign. tacit. ſpur.* §. *3.* Ideoque minus aliis corporibus ciuitatumque collegiis hoc priuilegium eodem jure concedendum, quae magis priuatorum jure cenſentur SCHILTER *Exerc. 33. §. 28.*

Vſus fori qui jura pupillorum minorumque, piis locis largiri ſolet, privilegia eorum etiam in hoc adau-

xit,

xit, vt adminiſtratorum bona taciti pignoris nexu ſibi habeant obligata, quod quidem STATVTIS NOSTRIS minus dubii habet per expreſſum textum hisce locis corporibusque tacitum pignus indulgentem in §. *pen. tit. 19. P. II.* Immo omnes alienorum redituum vel collegiorum adminiſtratores indiſtincte taciti pignoris oneri ſubjiciunt *d.* §. *v.* die Schaffer und Auffheber der einkommen frembder Güther.

§. XXIII.

An JURE CIUILI liberis in bonis patris ſui jus tacitae hypothecae competat ratione bonorum quae jure liberalitatis vel fortunae dono vel ex ſuis operis habent & apud patrem ſunt, dubium eſt ob *l. 12.* §. *1. v. exceptis C. qui pot. in pign. l. 8.* §. *4. C. de ſecund. Nupt.* vbi ſola bonorum maternorum mentio deprehenditur; priuilegium vero vltra metas à legislatore fixas extendi parum conuenit.

JUS NOSTRVM cum generaliter hoc paſſu conceptum ſit, ad omnes liberorum quocunque titulo acquiſitas res hoc priuilegium concedit *P. II. tit. 19.* §. Ebenmäſſiger weiſe ibique Für die Güther die ihnen zugehören. Quod eo magis dicendum ſi mater ipſorum defuncta, nam tunc pater legitimus liberorum ſuorum exiſtit tutor, atqui in bonis tutorum liberis ratione omnium bonorum jus hypothecae competit arg. *l. 20. C. de adminiſtr. tutel.* De munere patrinorum in ſpecie hoc affirmat CARPZOV. *P. II. C. 24. def. 18*, vbi praeiudicium.

§. XXIV.

JURE CIVILI ſi veniunt in concurſum creditorum

H

torum ii, qui merum perſonale priuilegium habent, iis deteriores ſunt, qui jure reali in bonis debitoris gaudent, hinc ſi depoſitarius cuius res non amplius exſtat cum hypothecariis concurrit, iis poſtponitur *l. 24. §. 2. de reb. aut. jud. poſſ. l. 9. C. qui pot. in pign.*

JURE NOSTRO qui perſonale tantum priuilegium habent, nudis tantummodo chirographariis praeferuntur, quod autem in deponente cuius res à depoſitario alienata, vel peremta, non obſeruatur, ſed hic in quarta claſſe ante omnes hypothecarios etiam publicos admittitur *P. II. tit. 20.* §. zum vierten. Idem pruilegium conceſſit deponentibus *Jus Lubecenſe in P. III. tit. 1. art. 12.* ibique MEV: *n. 24.*

§. XXV.

Licet JURE CIUILI mulier majorennis pro alio firmiter res ſuas obligare, fidemque ſuam interponere poſſit, modo beneficio SCti Vellejani renunciet *l vlt. §. pen. ff. ad SCtum Vellejan.* & quidem in judicio ſecundum BACHOUIUM *ad Treutler. Vol. I. diſp. 25. th. 4. lit. E. F.* pro marito tamen ſuo intercedere expreſſe prohibetur, licet multoties Senatus conſulto renunciauerit *auth. ſi. qua mulier C. ad SC. Vellejan.: Nouel. 134. c. 8.*

Iterum hic abeunt STATUTA NOSTRA quae volunt vt mulier improlis adeoque debitis mariti haud obſtricta ſi coram ſecretario, praeſentibus duobus cognatis, de vi hujus Senatusconſulti edocta eidem renunciauerit, valide poſſit pro marito ſuo intercedere *P. II tit. 16. §.* Ob wohl nach.

§. XXVI.

§. XXVI.

In aeſtimatione & praeſtatione culparum circa contractus JURE CIUILI praecipue reſpicitur, cujus vtilitas in contrahendo potiſſimum verſetur, ita vt in depoſito cum lucrum ex contractu non habeat depoſitarius, quia regulariter eſt gratuitum *l. 1. §. 8. 9. depoſ.* praeſtetur dolus tantum, adeoque remiſſam adhibuiſſe ſufficiat diligentiam *§. 3. I. depoſ. l. 1. §. fin. ff. h. t. l. 5. §. 2. Commod.*

Cum depoſitum ſit contractus amicitiae in quo bonam fidem potius quam Romani juris ſubtilitates altercationesque reſpici conuenit, optime diſpoſuerunt STATUTA NOSTRA vt depoſitarius rem depoſitam non tantum vt ſuam cuſtodire, ſed omnem ſummam humanam diligentiam adhibere teneatur. *P. II. tit 21. §. 1. 2.* Jus Lubecenſe imitatur jus Canonicum *P. III. tit. 3. art. 1. Jur. Lub.* ſecundum quod dolus ab illo abeſſe non creditur, qui alienis non EANDEM quam ſuis adhibet diligentiam *cap. 2. X depoſ.*

§. XXVII.

Magna inter noſtrum municipale & JUS CIUILE deprehenditur diſcrepantia, quod hoc jure, ſi pignus à debitore vendatur, illud non niſi cum onere ad emtorem tranſeat, ſiue ſit pignus expreſſum ſiue tacitum, generale, aut ſpeciale ob generalitatem *l vn. C. rem alien. gerent.*

JURE NOSTRO pignora generatim conſtituta & tacita quoad alienationem inter ſe comparantur & ſpecialibus hypothecis contradiſtinguntur, de his ve-

ro expreſſe ſancitum eſt, ut aliter niſi cum cauſa i. e. onere ſuo alienari non poſſint, Ergo de prioribus ſatis conſtat, quod ab omni pignoris nexu libera ad emtorem tranſeant. *P. II. tit. 19. §. vlt.*

§. XXVIII.

JURE CIVILI qui operas ſuas locare poteſt, itidem aliorum extraneorumque rei quaeſtuariae curam gerere vel inſtitor eſſe non prohibetur, *l. 7. §. 1. 2. l. 8. ff. de inſtit. act.* conſtituitur enim ſola praeponentis commiſſione, & ſui ipſius receptione.

Ut promulgatae de apportandis & transuehendis exterorum mercibus leges eo magis obſeruentur, MAGISTRATUS NOSTER juſſit: Ne quis exterorum rem negotiatoriam exerceat, neque merces transmittendas aurigis vel nautis locet, priusquam ciuitati nomen dederit, juramentumque praeſtiterit *P. II. tit. 24. §. 1.*

§. XXIX.

Remedium *l. 2. C. de Reſc. Vend.* JURE CIUILI in transactionibus locum non habet arg. *l. 78. §. vlt. ff. ad SCt. Trebell: l. 19. C. de transact. l. 56. de Re jud. l. 6. C. de jur. & fact. ign. l. vn. C. de plus pet.* in omni enim laeſione certum adeſſe pretium debet, objectum autem transactionis ſunt res dubiae & incertae, proprie autem laeſus non dicitur, cui tempore contractus de certo commodo vel lucro non conſtabat LAVTERBACH *in Colleg. theor. pract. tit. de reſcind. vendit. §. 16.*

Contrarium STATUTIS NOSTRIS eſt receptum vbi ſi quis probare poſſit, ſe dimidio minus accepiſſe

quam

quam ipſi tempore initae transactionis reuera debebatur, haec laeſionis enormis querela transactionem ſubuertit *P. II. tit. 26 §.* **es wäre dann.** Quod cum iniquitatem nullam ſapiat, multorum locorum conſtitutionibus video probatum, vti de Saxonia ſua teſtis eſt CARPZOV. *P. II. C. 34. def. 1* de Würtenbergia BESOLDUS *th. 141. ad. Ius prouinc. Würtenberg*

CAPVT IV.

DE
DELICTIS EORUMQUE POENIS

§. I.

JURE CIUILI magiſtratus municipales in cauſis criminalibus cognoſcendi exequendique nullam habent poteſtatem *l. 3. 4. 6. §. qui vniverſas ff. de Off. præſ. l. 1. l. 7. de defenſ. ciuit. Nouel. 15. c. 16. §. 1.*

MORIBUS NOSTRIS ſenatus omnia judicia criminalia exercet in perpetuum ex conceſſione Ducis OTTONIS anno 1576 facta, qui Vogteiam jure haereditario quaſi ipſi conceſſit pro certo canone annuo v. *Receſs. mens Jul. in Coenobio Lunae anno. 1576. conditum.*

§. II.

JURE CIUILI erant certae perſonae auctoritate publica ad denuncianda reuelandaque crimina conſtitutae, quas vocabant ſtationarios, Irenarchas &c. *l. 6. ff. de cuſtod. reor. l. 1. §. 12. ff. de off. præfect vrb.* reliqui ciues ad denuncianda crimina non erant obligati ergo nec cogendi. *Can: placuit C. 6. qu. 2.*

JURE NOSTRO ciues ſeditionem parari ſcien-

tes illud denunciare jubentur ſub jactura bonorum & vitae *P. VIII. tit. 1.* §. Und damit & §. wo aber & *tit. 5. §. 3.*

§. III.

JURE CIUILI blaſphemiae poena eſt vltimum ſupplicium *Nouel. 77. c. 1.* §. *praecipimus* poena autem Receſſuum Imperii eſt varia *R. I. Wormat. anno 1494. Auguſtan. 1500 Colonienſ. de anno 1512. Auguſtan. 1530. Ordinat. Crim. Carol. V. art. 106.* Jure Imperii nouiſſimo mortis, aut mutilationis membri *R. I. Auguſtan. 1548. tit.* von Gotteslåſterungen.

JURE NOSTRO prima vice blaſphemia punitur carcere, ſecunda, poſitione ad numellas & mulcta pecuniaria, tertia relegatione. *P. VIII. tit. 1. §. 2. ſeq.*

IV.

JURE CIUILI malefici & magi vltimo, ſed diuerſo ſupplicio plectuntur *l. 3. l. 5. §. fin. l. 6. l. 7. C. de malefic. & mathem.* Jus Carolinum diſtinguit an damnum dederint an vero non, priori caſu ignis poena, poſteriori, extraordinaria ſiue arbitraria locum ſibi vindicat *v.* P. H. O. *art 109.*

JURE NOSTRO perinde vt Carolino diſtinguitur: ſi communionem cum diabolo habuit, illudque probatum confeſſumque fuerit, comburitur, licet non nocuerit, ſi nullam habuit & damnum dederit, vel futura ope diaboli praedixerit, gladio, ſi nullum damnum dederit, & ſine ope diaboli aliquid operatus ſit, arbitrariae punitur *P. VIII. tit. 3.*

§. V.

JURE CIUILI parricida virgis caeſus, culeo cum cane,

cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia inſutus in mare projicitur *l. 9. pr. ad L. Pompei de parricid. l. vn. C. de his qui par. §. 6. I. de publ. jud.*

JURE NOSTRO qui patrem, auum, vitricum occiderit trahae illigatus ad ſupplicium tractus, aut candentibus forcipibus uſtus rota contunditur, eidemque imponitur *P. VIII. tit. 4. §. 1.*

§. VI.

JURE CIUILI receptatores facinoroſorum eadem plectuntur poena qua facinoroſi ipſi *l. 1. de Recept. l. 3. §. 2. de incend. l. 1. C. de his qui latron.*

JURA NOSTRA indiſtincte receptatores facinoroſorum vltimo afficiunt ſupplicio *P. VIII. tit. 6.*

§. VII.

JURE CIUILI ſi quis in rixa ſubito orta aliquem occiderit, tenetur vt homicida, poenamque ſubit capitalem *l. 11. §. 2. ad L. Aquil.*

JURE NOSTRO qui in rixa ſubito orta aliquem occidit, ſi aufugit, per quinquennium ex terris eſſe, & magiſtratui 15. marcas ſoluere, cum occiſi agnatis vero tranſigere debet, ſi aufugere haud potuit, periculum vitae ſubit *P. VIII. tit. 8. §. penult.*

§. VIII.

JURE CIUILI de injuria illata poteſt agi ciuiliter ad aeſtimationem, vel criminaliter ad poenam *§. 7. & 10. I. de injur.*

JURE NOSTRO injuria illata coercetur à magiſtratu mulcta, relegatione, non autem ab injuriato per aeſtimationem *P. VIII. tit. 19. ſeq.*

§. IX.

§. IX.

JURE CIUILI poena paſquillantium eſt capitalis *l. vn. C. de famoſ. libell.*

JURE NOSTRO famoſum libellum ſcribens relegatur, quodſi imputatum crimen famoſum, praeterea punitur *P. VIII. tit. 21.*

§. X.

JURE CIUILI iniuriantem nulla ſequitur infamia niſi demum earum nomine condemnatus fuerit *l. 1. de his qui not. infam. l. 7. pr. in fin. de iniur.*

JURE NOTSRO opifices ſe iniuriantes, niſi injuriam legitimauerint aut eandem probauerint, aut cum iniuriato tranſegerint, infamia notantur *P. VIII. tit. 22. §.* Schilt ein Ampts-Bruder.

§. XI.

JURE CIUILI vxor adulterium committens virgis caeſa in monaſterium detruditur *Nouel. 134. c. 10. in med.*

JURE NOSTRO foemina nupta adulterium committens cum ſoluto vel coniugato gladio punitur *P. VIII. tit. 24. §.* So viel aber.

§. XII.

JURE CIUILI ſtupratoris poena eſt dimidiae partis bonorum publicatio, in vilioribus fuſtigatio & relegatio §. *4. l. de publ jud.*

JURE NOSTRO ſtuprator prima vice magiſtratui ſoluit viginti thaleros, ſtupratae, ſi honeſtae vitae fuit, dotem pro ea quantitate quam pater elocaturus ipſam conſtituiſſet ipſa dimidiam partem poenae ſoluit,

ſoluit. Secunda vice puniuntur carcere &c. P. *VIII. tit.* 25. §. 1. 2.

§. XIII.

JURE CIUILI raptor indiſtincte morte punitur *l.* 5. §. 2. *ad L. Jul. de vi publ. l. vn. C. de rapt. virg.*

JURE NOSTRO qui rapuit virginem matrimonii cauſa, vrbe in perpetuum excluditur, haereditate raptae ſeruata illis, qui ab inteſtato ſuccedunt; ſi libidinis ſtuprique cauſa raptum commiſit, gladio punitur *P. VIII. tit.* 26. 1. 2.

§. XIV.

JURE CIUILI inceſtus poena variat *l.* 11. §. 1. *l.* 38. §. *ſeq. ad L. Jul. de adulter l.* 5. *ff. de quaeſt. Nouel.* 12. *cap.* 1. nec certior aliqua definitio habetur in *Ord. Crim. Carol. Vti* vt pote ad LL. ciuiles prouocantis in *art.* 117.

JURE NOSTRO de poena inceſtus in conſanguinitate nil diſpoſitum, ratione affinitatis, ſi ſit commiſſus in eo gradu, quo leges ciuiles, vel diuinae jungi vetant, gladio, ſi obtutu matrimonii, fuſtigatione, ſi commiſſus in gradu jure noſtro municipali prohibito, relegatione puniendus *P. VIII. tit.* 29. §. 1. 2.

§. XV.

JURE CIUILI abortus procuratio punitur temporario exilio *l.* 4. *de extraord. crim. l.* 8. *ad L. Corn. de Sicar.* FRANTZK. *Exerc, fin. quaeſt.* 5. Obſtat *l.* 38. §. 5. *l.* 39 *de poen.*

JURE NOSTRO abortionis poculum qui propinat, & quae illo vtitur, capite puniuntur *P. VIII. tit.* 29. §. Deſgleichen.

§. XVI.

JURE CIUILI maritus, vxorem fuſtibus caedens, punitur datione tertiae partis ante nuptialis largitatis *Nouel. 117. c. 14.*

JURE NOSTRO vxorem fuſtigans vnam marcam, illam vulnerans decem florenos judici dare debet *P. VIII. tit. 32.*

§. XVII.

JURE CIUILI certa & determinata poena bigamiae non eſt ſtatuta, teſte ipſo CAROLO *V. in Ord. crim. art. 121*, nec enim ſemper eſt ſpecies adulterii.

JURE NOSTRO bigamus, aut qui viuo coniuge ſponſalia concubitu conſummata celebrauit, gladio punitur *P. VIII. tit. 33.* §. *12.* ſi non conſummata, fit infamis, carcere aut relegatione puniendus *§. ſeq.*

§. XVIII.

JURE CIUILI dubium, an fures capitali poena ſubjugandi ob *l. 15. de Condict. cauſ. dat. cauſ. non ſec. l. 56.* §. *qui furem ff. de Furt. auth. ſed nouo jure C. de ſeru. fugit.* JURE NOSTRO fures ſuſpendendi *P. VIII. tit. 34.* quo ad reliqua obſervatur Ord. Crim. CAROLI Vti

XIX.

JURE CIUILI crimen ſaccularíatus punitur arbitrarie *l. 7. de Extraord. Crim.*

JURE NOSTRO fuſtigatione, quodſi committitur in conuiuiis, aut nuptiis, laqueo vindicatur *P.*

§. XX.

JURE CIUILI in furibus balneariis, vltra operis publici temporarii modum, non procedendum *l. 1. ff. de Fur. balnear.* JURE

JURE NOSTRO ſi furtum in balneis factum pretium vnius floreni ſuperat, fuſtigatione ſin minus relegatione temporaria eſt puniendum *P. VIII. tit. 41.*

§. XXI.

JURE CIUILI, cum res haereditatis jacentis non poſſideantur, indeque earum ablatio, ſiue contrectatio, furtum, non habenda arg. *l. 1. §. 1. 5. ff.* ſi *is qui teſt. lib. l. 2. §. 1. expil. haered*, poena expilatae haereditatis ad poenam furti odioſam, & exorbitantem extendenda non eſt arg. *l. pen. de poen.* Contra cohaeredes autem haec actio non datur *l. 1. ff. h. t. l. 5. 1. pr. in fin. pro Soc.*

JURE NOSTRO cum futuri haeredes jam habeant jus aliquod quaeſitum in haereditate *, & cum ciuiliter jam poſſideantur res haereditariae, qui illas ſurripit, fuſtigatione, aut laqueo punitur. Cohaeres autem qui ſurripit duplum reſtituit, amiſſa inſuper portione ſibi relicta *P. VIII. tit. 42.* Conf. STRYCK *in C. T. cap. 22. m. 2. §. 11.*

XXII.

JURE CIUILI luſus, ſub denegatione actionis & poena reſtitutionis lucri, domibus receptatorum inſuper publicatis, prohibentur *l. fin. C. de aleat.*

JURE NOSTRO luſores eorumque receptatores 10. marcis mulctantur *P. VIII. tit. 44.*

§. XXIII.

JURE CIUILI qui falſam monetam permutat & ſcienter in alterius damnum expendit, comburitur *l. 2. C. de falſ. monet.* P. H. O. *art III.*

JURE NOSTRO qui falſam monetam expen-

dendo ſcienter alios fallit, fuſtigatus relegatur *P. VIII. tit. 46. §. 3.*

§. XXIV.

JURE CIUILI periuria deum habent vindicem non judicem terreſtrem, niſi quod maior pacta vel transactiones juramento firmatas ſeruare teneatur ſub poena infamiae & jactura actionis *l. ſi quis 41. C. de transact.*

JURE NOSTRO, qui in ciuilibus in alterius detrimentum falſo jurant & propterea accuſatur, notatur infamia, & digitorum amputatione *P. VIII. tit. 47. §.* wo er aber.

§. XXV.

JURE CIUILI conatus regulariter manet impunitus *l. 15. §. 10. de injur. l. 22. §. 4. de L. Cornel. de Falſ.*

JURE NOSTRO qui ſe offert ad jurandum, ſi ipſum falſum juramentum praeſtiturum fuiſſe probetur, ad jurandum non admittitur centumque florenis mulctatur *P. VIII. tit. 47. §. ult.*

§. XXVI.

JURE CIUILI qui arbores furtim caedit tenetur in duplum, deducto pretio ligni caeſi *l. 7. §. 7. l. 8. pr arb. furt. caeſ.*

JURE NOSTRO caedens, aut laedens arbores tenetur primo ad verum arborum pretium, dein duos florenos imperiales pro ſingulis domino reſtituit *P. VIII. tit. 49. §.* weil wir.

CA-

CAPVT V.

DE PROCESSU JUDICIARIO

§. I.

JURE ROMANO duo in foro noſcuntur judices Praetor & judex perdaneus, ille in cauſis moram non ferentibus & in cauſis priuatis, ipſe jus dicebat & exſequebatur *Franciſ.* POLLET *in hiſtor. for. Rom. L. III. cap. I. p. 206.* & hoc modo dicebatur habere mixtum imperium, in cauſis publicis tantum habebat merum imperium, judices ſolam cognitionem POLLET *d. l.* Certum praeterea ipſi erat album judicum *in* quod referebantur judices, quos cauſae cognitioni operam dare volebat, & hi erant judices pedanei RAEUARD *in Protrib. cap. II. pr.* hi judicando definebant eſſe judices *L. 55. ff. de Re jud.* Hinc ſi auctor in rei vindicatione fructus non petiiſſet, poſt ſententiam in re principali latam, nulla ipſi ad petendos fructus ſupererat actio, nec poterat dein judex ex officio illos adiudicare, nec ſententiam ſuam corrigere iniquam, unde Leuteratio hoc jure incognita

In NOSTRA CIUITATE duo ſunt quidem iudices duoque judicia das Ober und Niedergericht/ quorum illud mere ciuilia & quidem illa, quae ſunt vltra 50 thaleros tractat, & in cognitione cauſarum ſubſiſtit, executione delata judicio inferiori. Hoc vero cauſas minores, iniurias, vulnera, caedes aliaque criminalia, & quae ſunt meri imperii dijudicat, & executioni mandat. Nemo autem horum eſt iudex peda-

neus, ſed exercent jurisdictionem ab ampliſſimo ſenatu mandatam, proinde judicando vel ſententiam ferendo judices eſſe non deſinunt. Mercenarium itaque Romani judicis officium tantum abeſt hic reperias, vt ſolum nobile, aut ſi mauis nobiliſſimum officium dicas, ſit neceſſe *P. I, tit. 7. §. 1. 2.*

II.

JURE CIUILI omnes dies ſunt juridici, exceptis diebus dominicis, feſto Paſchatis & natiuitatis Chriſti, quique ſepteno numero praecedunt & ſequuntur diebus, meſſium vindemiarumque feriis, cum quibusdam aliis vti videre eſt in *l. 2. l. 8. C. de feriis.*

JURE NOSTRO ſingulis quatuordinis diebus judicium ſuperius aperitur, das Obergricht gehalten *P. I. tit. 1. §. 1.* judicium inferius hebdomadibus per trinas vices: vt die Lunae, Mercurii & Veneris celebratur. Quinam praeterea apud nos ſint dies nefaſti, conſtat ex *P. I. tit. 27.* haec enim ſpeciatim referre non lubet.

§. III.

JURR CIUILI litigatores omnes actiones ſuas debent proferre in ſcriptis *auth. Offeratur C. de lit. cont.* modo non ſint cauſae leuiores *Nouel. 17. c. 3.* Idem vult etiam jus canonicum, quod in regulis proceſſus magis obſeruamus quam jus ciuile *v. cap. 1. X. de libel. obl.* quod etiam ſeruat Camera Imperialis *Ord. Cam. P. I. tit. 22. §. 5.*

JURE NOSTRO contrarium receptum eſt, tenenturque partes, non ſolum in cauſis leuioribus & ſumma-

ſummariis ipſam actionem vel exceptionem oretenus proponere, ſed & arreſtorum juſtificcationes; paritiones, coram ſine ſcriptis judici exponere, & Actuario dictare tenentur *P. I. tit. 1.* §. **wann auch.**

§. IV.

JUS nouum JUSTINIANEUM neceſſitatem jurandi de calumnia ad ſingulos actus probatorios in proceſſu occurrentes, veteri jure vſitatam *v. l. 2. pr. & §. 4. C. de jurejur. propt. cal. dand. l. 14. §. 1. C. de jud.* remiſit per *Nouel 49. c. 3.* dum ſemel in vniuerſum tantum ſub initio litis actorem & reum de calumnia jurare juſſit.

Sed ne hoc quidem juramentum admittunt STATUTA NOSTRA, cum magis de committenda quam euitanda calumnia jurari queſtus ſit GAIL. *P. I. O. 85. 1. 4. ſeq.* multarumque prouinciarum contraria obſeruantia in in deſuetudinem abierit STRYK *in Caut. Juram. P. II. Sect. 2. cap. 14. n. 33. ſeq.* MARTINI *ad Ord. proc. Saxon. tit. 33. n. 1.* hinc etiam expreſſe tanquam inutile prohibitum in *P. I. tit. 10. §. 1.* & ex officio rejiciendum.

§. V.

Liberum de JURE CIUILI cuilibet eſt alterius lites in judicio peragere hinc procuratores eſſe poſſunt omnes qui non prohibentur *l. 43 pr. & §. 1. ff. de procurat.* etiamſi ſit minor *l. 51. pr. b. l. 13 de minorib* modo octodecim annis maior ſit *l 13. ff. de manumiſſ. vindict.* immo nec infamis hoc jure repellitur *§. fin. I. de except.* quem tamen de exceptione illiquida intelligendum, vult STRYK *in V. M. tit. de procu-*

rat.

Digitized by Google

rat. §. *19. ibique citnti* BOCERUS *Claſſ. VI. diſp. 6. n. 23.*

Longe ſecus hoc eſt JURE NOSTRO, vbi quatuor viri idonei, jurium periti, integritate vitae conſpicui haberi debent, quibus omnes alienae cauſae in judicio noſtro paragendae committuntur, omnibus aliis praeter hos ordinarios à rerum in foro peragendarum tractatione excluſis *P. I. tit. 2. §. 1. & 4.*

§. VI.

Ex hoc quod jam diximus alia exſurgit inter jus noſtrum municipale & ciuile differentia. Hoc enim JURE nemo cogi poteſt ad procurationem ſuſcipiendam *l. 8. §. 1. ff. de procur.* §. *II. I. mand. l. 17. C. de procur.* nemo enim tenetur alteri præſtare operam ſuam inuitus.

Bene autem hoc fit JURE NOSTRO, vbi ille, qui ſemel munus procuratorium in judicio fuit profeſſus, non poteſt aliis operam ſuam denegare *arg. l. vn* §. *6. ff. Furt. aduerſ. naut.* Qui ſi nihilomius auxilium detrectet, indictione mulctae, vel priuatione muneris ad ſubeundam procurationem compellitur *P. I. tit. 2. §. 2. in fin.*

§. VII.

An plures ad eandem cauſam conſtitui poſſint procuratores de JURE CIUILI non adeo conſtat ob *l. 32. ff. de procur.* vbi expreſſe ſermo eſt de pluribus procuratoribus ſimul datis, quamuis hanc legem ad caſum præcedenti *l. 31.* propoſitum, reſtringendam velit STRYK *in V. M. tit. de procurat.* §. 25.

In JUDICIIS NOSTRIS vnaquæque pars litigans, quod intelligo etiamſi plures vnius litis ſint conſortes,

ſortes, vnicum tantum procuratorem ad vnam cauſam conſtituere debet, procurator vero qui ſciens volensque ſe cum aliis conſtitui paſſus eſt, poenam 100. marcarum Luneburgicar incurrit *P. I. tit. 2.* §. Eine jede Parthey.

§. VIII.

JURE CIUILI procurator ad cauſam datus debet non tantum appellare, ſed & cauſam in ſecunda inſtantia peragere *l. 31. §. 2. in fin. ff. de N. G. l. 8. §. 8. ff. mandat. l. 1. §. vlt. ff. quand. appel: l. 17. C. de procur.* dum ad nudam appellationis interpoſitionem nullis ſumtibus opus, quorum tamen meminit *c. l. 8.* BACHOV *ad Treutl. Vol. I. diſp. 9. th. 3. lit. C.* Diſſentit BOCERUS. *d. l. n. 65.*

Cum modernus procedendi modus diuturnitate ſua ſaepius centies ſuperet Romanum, ſatis operoſum judicarunt STATUTA NOSTRA ſi cauſam tantummodo in prima, vt aiunt, inſtantia peragant procuratores *P. I. tit.* 2. §. *4. ibi:* So lange ſie beim Obergericht hänget. Appellationis autem interpoſitio ab ipſis omnino fieri debet, quia fit coram eodem judice, & eſt de annexis & appendicibus primae inſtantiae JASON *ad cit. l. 17. C. in pr.* quod etiam vult jus canonicum *v cap. pen. 14. X. de procur.* ibique PIRHING §. *7. n. 67.*

§. IX.

Vt cauſidicorum conuitiandi rabies eo magis ſupprimatur, nec ſeſe iniuriis proſequendo patrocinium jurgantibus accommodare obliuiſcantur, ſeuera poena in procaces eſt ſtatuta, quae quidem de

JURE CIUILI eſt infamia *l. 6. §. 1. C. de poſtul.* Eadem plane poena obtinet jure Canonico *can. vlt 3. cauſ. V. qu. 3.*

In FORO NOSTRO eiusmodi cauillationes, retorſiones, ſcommata, quibus lites non expediunt, ſed impediunt aduocati, ſub arbitraria, quamuis ſeuera poena prohibentur *P. I. tit. 2. §. 7. in fin.* In Saxonia poena eſt quinque, vel decem thalerorum *v.* MARTINI *ad proc. Saxon. tit. 3. §. 1. n. 8.*

§ X.

JURE CIUILI maritus pro vxore agens, nomine rerum dotalium & paraphernalium de rato cauere non debet *l. 24. ff. rer. amot. l. 9. C. de rei vind. l. fin. C. de pact. conuent.* horum enim bonorum conſtante matrimonio eſt dominus, & proprio nomine agit. De rebus vxoris receptitiis, ſi experiri velit, ſine cautione de rato, non admittitur *l. 21. C. de procur.*

APUD NOS indiſtincte, absque reſpectu & bonorum differentia, attenditur ſolum, an liberos cum vxore habeat, & tunc nulla opus eſt de rato cautione, cum tam vxoris, quam ſuorum bonorum hoc caſu pleniſſimus ſit dominus *P. VI. tit. 10.* Quodſi autem liberos nullos procreauit, de quibuslibet vxoris bonis etiam acturus, non prius auditur, quam ſi praeſtiterit cautionem de rato *P. I. tit. 12. §. 2.*

§. XI.

JURE CIUILI introductae erant poſitiones quas intentionum ſuam facilius probandi cauſa actor è libello depromtas judicii offerrebat, qui eas reo tradere tenebatur, eo fine vt mediante ſacramento illas affirma-

affirmaret vel negaret *tt. de interrogat. in jur. fac.* Probatae etiam ſunt per *R. I. de anno 1654.* §. **dieſem negſt.**

JURE NOSTRO abrogatae calumniae juramento generali *v.* §. 4. poſitiones etiam in judiciis noſtris eſſe deſierunt, adeo vt ex officio eas rejiciat iudex, licet pars aduerſa nihil contra easdem monuerit *P. I. tit. 10.* §. *1.*

§. XII.

JURE CIUILI ne reus ob anguſtiam termini queri poſſit, ipſi conceduntur viginti dies, vt deliberet, an cedere, an contendere malit *auth. Offeratur C. de L. C. Nouel. 53. c. 3.* quod ſpatium interdum extenditur vsque ad tres, quandoque ad ſex, ad ſummam vero ad nouem menſes *l. 1. l. fin. C. de dilat. Nouel. 82. c. 10.*

IN HAC CIUITATE bene conſtitutum eſt, ne Reo longius ad deliberandum ſpatium quam ad proximum diem juridicum concedatur. *P. I. tit. 11.* §. *1.* quod ſi vero vsque ad illum ipſi ad minimum non ſuperſit octiduum, debet quidem in honorem judicis comparere & procuratorem conſtituere, poteſt autem de anguſtia termini excipere *d. l.*

§. XIII.

JURE CIUILI actor cauet (1) ſe intra duos menſes litem conteſtaturum *auth. Libellum C. de L. C. de L. C. Nouel. 96. c. 1.* (2) ſe in lite vsque ad finem permanſurum (3) ſe decimam petiti partem, ſi litem injuſte mouiſſe conſtiterit, expenſarum nomine ſoluturum *auth. Generaliter C. de Epiſc. & Cler. Nouel.*

 112.

112. c. 2. pr. quam tamen abrogatum eſſe *per §. 2. I. de Satisdiſt. vlt.* BARTOLUS.

Haec ſatisdationum genera, cum à judiciis plurimorum locorum receſſerint, nec apud nos amplius in uſu ſunt, cumque periniquum ſit, ſuperuacua cautione aliquem onerari, *l. 14. in fin. ff. vt legat. nom cau.* LEGES NOSTRAE non aliter actores cautionem praeſtare voluerunt, niſi pro reconuentione, ſi a reo fundamentum ejus probatum ſit, & expenſis *P. I. tit. 14 §. 1.*

§. XIV.

Cum non minus contumacia ſua judicium eluſorium reddere poſſit reus, debebat praeſtare cautionem de ſe judicio ſiſtendo *d. §. 2. I. de ſatisd. l. 2. l. 4. ff. qui ſatis de cog. ff. ſi quis caut. in jud. ſiſt. non obt.* & vsque ad finem in judicio permanendo. Sed haec cautio cum mere ſit judicialis perinde vt ea de qua *§. praec.* JURE CIUILI requiritur vt fidejuſſoribus quis ſatisdet *l. 1. ff. qui ſatisd. cog. l. 7. de prætor. ſtipul. Nouel. 53. c. 2. 3. §. 1. Nouel. 112. pr.*

JURE NOSTRO ſi ciues actione pulſantur, ab omni cautione immunes ſunt, praeter eam quae ſit de judicio ſiſtendo, qui ſi ſunt bonae famae nec de fuga ſuſpecti, nudae ſuae relinquuntur promiſſioni, ſin minus etiam pignora ab ipſis data admittuntur *P. I. tit. 14. §.* Die Beklagten. In Saxonia nullam reus praeſtat cautionem, licet immobilia non poſſideat, aut criminaliter agatur. CARCZOV. *P. I. Conſt. 5. def. 30.* MARTINI *ad proceſſ. Saxon. tit. 13. §. 3. n. 7.*

§. XV.

§. XV.

Non inter eſt JURE CIUILI an quis velit pro curatorem conſtituere ante, an poſt litis conteſtationem ob *l. 46. pr. ff. de procur.* ibique vid. GOTHOFREDUS *lit. L. 20. C. d. t.*

Non ita MORIBUS NOSTRIS obtinet quibus conſtitui procuratores debent in primo ſtatim termino vna cum obligatione libelli vel exceptionum *P. I. tit. 2. §. 5. tit. 11. §. 1. & tit. 12. §. 1.*

§. XVI.

JURE CIUILI libellus toties mutari poteſt, quoties vel lex vel judex permittit *l. 4. C. de ed.* adeoque ante vel poſt L. C. ob *§. 34. 35. I. de jud. l. 4. §. 4. vlt. ff. de Noxal. act.* ibi: *in eodem judicio*, quod hoc jure non intelligitur, niſi lite demum conteſtata. Quamuis de praxi vsque ad L. C. tantum mutationem libelli admittant GAIL. *L. I. Obſerv.* 74. n. 4. apud STRYK *in V. M. tit. de Elend.. §. 10.* motus forſan *l. 23. ff. de jud.*

JURE NOSTRO vſque ad praeſtationem Guarandae libellus poteſt mutari, poſt eam non licet amplius, quod procedit, etiamſi poteſtatem mutandi ſibi quis expreſſe referuauerit. Petitur autem haec Guaranda ab actore ſtatim poſt acceptum libellum, & continet praeterea ſecuritatis praeſtationem, quod ob rem petitam non amplius debeat conueniri reus à quoquam. *P. I. tit. 13. §. 1. & tit. 16. §. 1.* Juri communi incognita haec ſatisdationis ſpecies Saxonum moribus debetur *v.* Landrecht *L. I. art. 63. & L. II. art. 15. & L. III. art. 14.* Weichbild *art. 40. c. fin.*

§. XVII.

Digitized by Google

§. XVII.

Ea reconuentionis de JURE CIUILI natura eſt, vt eodem paſſu cum conuentione ambulet, eademque ſententia terminetur, hinc coram eodem judice proponi ventilarique debet *auth. Conſequenter C. de ſent. & interloc. Nouel. 96. c. 1.* neque etiam actor poteſt vti exceptione incompetentiae, aut jus domicilii allegare *l. 22. ff. de jud. l. 11. §. 1. de jurisdict.*

JUS NOSTRUM jubet attendi, an reconuentionis cauſa deſcendat, ex ipſius contractus, ex quo conuenitur reus, inſtrumento aut fundamento, habeatue aliquid commune cum ipſa actione, & tunc privilegium reconuentionis, i. e. vt ſimultaneo proceſſu agatur; vnaque ſententia lis finiatur, permittit. Quodſi autem cum ipſa actione non ſit connexa, quamlibet cauſam ſeparatim tractandam ſtatuit *P. I. tit. 15. §. 1. 2.* Idem etiam obſeruatur in ſummo tribunali Cellenſi v. *Ord. jud. ſum. appell. P. II. tit. 2. §. 2.*

§. XVIII.

Eodem JURE CIUILI reconuenienti reo, datur poteſtas, ſi diſplicet judex, coram quo conuentus eſt, intra viginti dies eum recuſandi aliumque merendi, apud quem rurſus vtrumque negotium ventiletur *auth. Et conſequenter C. de Sent. & interloc. Nouel. 96. c. 2.*

MORIBUS NOSTRIS ea licentia reo non competit, cum enim de reconueniendo actore coram eodem judice cautionem poſtulet ipſemet reus, actor eam quoque præſtare debeat, propter vtriusque con-

ſenſum

ſenſum interpoſitum res vnius voluntate mutari non debet arg. *l. 35. de R. I.* Accedit quod actor judicem conuentionis recuſare non poſſit, quare nec reo, qui per reconuentionis inſtitutionem actoris vices ſubit, illud concedendum *P. I. tit.* 15. *§. vlt.*

§. XIX.

JURE CIUILI reus non adſtringitur, exceptiones ſuas dilatorias omnes vno termino, & in vna juridica opponere, ſed poteſt illas diſtinctis terminis vsque ad L. C. proferre *l. 40. §. 3. ff. de procur. l. 19. C. de prob. l. 13. 24. C. de procur. l. penult. & vlt. C. de except.*

Quod cum ad protelandas lites haud parum conducat, LEGIBUS NOSTRIS conſtitutum eſt, vt exceptiones dilatoriae non tantum omnes ante L. C. ſed etiam in vno & quidem primo termino à reo opponantur *P. I. tit. 11. §. 2. & tit. 17 §. 3.* Nobiscum conſentit jus Imperii nouiſſimum v. *R. I. de anno. 1654.* §. wie auch was & *Ordin. judic. Brunsvicenſ: tit. 30. §.* Solche und dergleichen.

§ XX.

Exceptiones peremtoriae quando de JURE CIVILI opponi deceat, non adeo certum, multi ſtatuunt eas poſt L. C. modo ante ſententiam & cauſae concluſionem in judicio, poſſe allegari idque ob *l. 2. C. Sent. reſcind. non poſſ.* vid. quos citat CARPZOV. *P. I. Conſt. 3. def 13.* Alii inſtricti juris judiciis ſtatim in jure *l. 8. 9. C. de except. l. 9. C. de praeſcript. long. tempor.* VINNIUS *ad §. 11. I. de except.* BRUNNEM. *ad l. 4. C. de except. n. 7. ſeq.* In judiciis vero bonae fidei

fidei pro lubitu opponi poſſe ajunt LAUTERBACH *ad ff. tit. de except.* BOCER *Claſſ. VI. diſp. 12. n. 77. ſeq.* Alii denique indiſtincte cum L. C. easdem objiciendas volunt DONELL. *ad d. l. 9. C. de except.* ZANGER *de except. P III. cap. 26. n. 34. ſeq.*

In tanto legum interpretumque conflictu certo jure in NOSTRIS JUDICIIS vtimur, vbi omnes hae exceptiones, non diſtinguendo inter bonae fidei & ſtricti juris judicia, in ipſo litis conteſtationis actu opponi eidemque peracto ſtatim annecti debent. Quae ſi praeteritae ſunt, poſtea non admittuntur *P. I. tit. 11. §. 2. & tit. 19. §. 1.* Concordat *Receſſ. Imp. de ad. 1645. c. §. 37. v.* wie auch *Ord. ſum. trib. Wiſm. P. II. tit. 11. §. 4.* & *Saxonica Tit. 11. §. 6.*

§. XXI.

JURE CIUILI cum per plures terminos exceptiones ſuas reum opponere poſſe *§. praec. 19.* diximus, conſtat, illum non ſtatim ad litem euentualiter conteſtandam cogi, ſed eam poſſe differre vsque dum ſuis dilatoriis ab actore ſatis fuerit factum arg. *l. 19. C. de prob. l. 13. l. 24. C. de procur.*

JURE NOSTRO cuique ſiue dilatoriae ſiue peremtoriae exceptioni ſtatim litis conteſtatio adjungi debet *P. I. tit. 11. §. 2. & tit. 18. pr.* qua in parte optimorum judicum nomen meriri ſunt legislatores noſtri, quibus properandum ne lites fiant immortales *l. 13. C. de judic.*

§. XXII.

Litis conteſtatio cum ſit fundamentum omnis judicii *L. vn. C. de L. C.* adeoque à quibusdam lapis angu-

angularis appelletur MARANTA *in ſpec. L. II. P. 6. rubr. de lit cont. n. 1.* VANTIUS *de Nullit. ſent. n. 28.* ita multum refert vt ea rite peragatur, quod quidem de JURE CIUILI fit, ſi reus animo litem conteſtandi, contradicendo, vel generaliter reſpondet *l. 14. §. 1. C. pe procur. l. 2. pr. C. de juram. propt. cal. dand.*

JURE NOSTRO ad ſingula libelli capita & propoſiti facti membra expreſſe, diſtincte & ſpecifice reſpondere debet reus, hinc ea quae obſcure ab ipſo poſita, aut quibus non expreſſe contradixit, habentur pro confeſſis *P. I. tit. 18.* cum interpretatio contra illum merito ſit facienda qui clarius loqui debuiſſet *l. 39. ff. de pact.* Huic quidem generali litis conteſtationi jam antiquitus obuiam ibatur per libellum articulatim conceptum, ad cuius ſingula membra mediante iuramento reſpondere cogebatur reus; ſed cum hic per *R. I. de anno 1654. §. 34.* ſit abrogatus, ſimul ſpecifica litis conteſtatio ibidem eſt iniuncta, cum quo etiam conſentit Jus Saxonicum *v. Ord. proc. Sax. tit. 16.*

§. XXIII.

JURE CIUILI aduocati in ſingulis cauſis poſt L. C. jurare debent, quod omni virtute ſua partibus conſulere, non mendacibus allegationibus vti, & ſi cauſam iniuſtam intellexerint, ſtatim eam deſerere velint *l. 14. §. 1. C. de judic. l. 2. C. de jureiur. propt. cal. dand. §. 1. I. de poen. tem. litig.*

APUD NOS quidem eadem fere jurandi forma in aduocatis obſeruatur, neutiquam vero ad ſingulas cauſas, verum ſemel antequam ad hoc munus

 profi-

Profitendum admittuntur ad tale juramentum adſtringuntur *P. I. tit. 2. §. 1.* quod ſufficere merito viſum fuit, cum juramentum generaliter in initio officii præſtitum ab officiali ſeſe extendat ad omnes actus durante officio expeditos WESENBEC. *Tom. VII. conſ. 335. n. 81. 86.*

§. XXIV.

Ampla JURE CIUILI dilationum eſt ſeges, eſt enim vel citatoria, quæ continet 10. dies ſi ſimplex, 30. dies ſi peremtoria *l. 68. ff. de Judic.* vel dilatoria quae reo poſt concedebatur *vid. ſupr. §. 12.* vel ea quae ad litis conteſtationem vel ad probandum dabatur & omnes ſingulares terminos ſuos habebant BOCER *Claſſ. VI. diſp. 1. 5. n. 2. 3.* Plures dilationum ſpecies habet BRUNNEMAN: *in proc. ciuil. cap VI. n. 2.*

JURE NOSTRO cum vna cum citatione reo offeratur libellus vt deliberare ſecum poſſit citatoria dilatio abſorpſit deliberatoriam, & in primo termino comparere & excipere tenetur. *P. I. tit 11. § 1.* Aliae autem dilationes, ſi nullus ipſis à judice eſt praefixus terminus, omnes continent quatuordecim dierum ſpatium *P. I. tit. 17. §. 1.*

§. XXV.

JURE CIUILI in ciuilibus cauſis regulariter vna tantum ad probandum dilatio conceditur *l. 1. 2. C. de dilat. l. fin. ff. de fer. & dilat.* quae quidem peremtoria eſt, etſi in aſſignatione non ſit adiectum verbum: *peremtorie* BRUNNEMANN. *in proc. ciuil. d. cap. VI. n. 9.* Quodſi tamen citra culpam meam dilati-

lationi non ſatisfecero, datur quidem vlterior *l. 7. ff. d. t.* STRYK *in V. M. tit. de fer. & dil. §. 18.* Immo hoc jure arbitrariam eſſe dilationum materiam potius dixeris. cum & quintam olim conceſſam fuiſſe teſtetur MYNSINGER *Cent. I. Obſ. 73.* VMMIUS *D. VII. th. 45. D. VIII. th. 10.*

JUS NOSTRUM ſine culpa ſua impeditis tres concedit dilationes, quarum quaelibet eſt 14. dierum primam quidem ad ſolam impedimentorum allegationem & probationem, alteram, praeprimis ſi petens de protractione termini ſit ſuſpectus, non niſi ſub ſolennitate juramenti, quod omnem in tollendo impedimento mouerit lapidem, tertia vero indiſtincte ſub poena praecluſi impertitur. Vltra has binas extraordinarias poſteriores, quae cum ordinaria faciunt ſex ſeptimanas, ſub nullo praetextu dilatio quaeri aut dari debet *P. I. tit. 17. §. 2.*

§. XXVI.

Licet vt probationes mediante judicis ſententia interlocutoria ſuſcipiantur, JURE CIUILI expreſſe cautum non meminerim, jure Canonico tamen illud ſeruari teſtatur *cap. 9. X. de prob.* & praxis communi vſu approbauit, teſte MARTINI *ad proceſſ. Saxon. tit. 20. §. 1. n. 35.* CARPZOV. *in proceſſ. tit. 13. art. 1. n. 44.*

Qui in JUDICIIS NOSTRIS probationem intentionis ſuae inſtituere vult, non debet deſuper expectare judicis ſententiam, ſed eam vltro proferat neceſſe eſt ſub poena praecluſi, ne ſcilicet aduerſa pars remedia ſuſpenſiua contra illam apprehendendo, li-

tem inutiliter protrahat, differatque *P. I. tit. 11. §. 4 & tit. 17. §. 3. & tit. 20. §. 1.* Jure imperii nouiſſimo per documenta probaturus non expectato deſuper judicis decreto interlocutorio poteſt ea in primo termino exhibere *R. I. de anno 1654. §. 35. v.* Ob er die *probatoria.* Vide ſis etiam *Ord. Trib. Wiſmar. P. II. tit. 19.* §. 2.

§. XXVII.

JURE CIUILI tempus quando probatio inſtitui debeat, praeſcribit judex *l. 1. C. de dilat. auth. ſed & ſi quis C. de teſtib.* tantaque ipſius in hoc negotio eſt poteſtas, vt reſciſſa ſententia probationes adhuc admittere poſſit GAIL. *L. I. Obſ. 107.* alias probationum peragendarum terminus incipit à L. C. & durat vsque ad ſententiae publicationem & cauſae concluſionem. *d. l. 1.*

JURE NOSTRO per documenta probaturus ea ſtatim ad recognitionem exhibeat ad libellum ſuum vel exceptionem, quodſi probatio teſtibus peragenda, actor in replica articulos probatoriales cum nominibus teſtium & directorio offerat, ad quos reus in Duplica interrogatoria ſpecialia referre debet. Reus autem ſi teſtes habeat in duplica eos nominet, quo caſu actor in proxima juridica interrogatoria deſuper judici offerat, quae ſi non exhibuit, poſtea haud expectantur *P. I. tit. 20. §. 1. 2.* Interrogatoria vero non juri ciuili, ſed vſui & conſuetudini debemus tantum MARTINI *ad proceſſ Saxon. tit. 20.* §. *1. n. 125.*

§. XXVIII.

Cum judici non alii in probationibus fides ſit

faci-

facienda, & ipſe ex teſtium vultu aeſtimare debeat, quanta ſit ipſis fides habenda, *l. 3. §. 1. 2. ſeq. ff. de teſtib.* JURE CIUILI ipſe teſtes examinare debet, niſi morbus ſonticus aut alia legitima cauſa adſit, quo caſu alios delegare, ipſisque teſtium examen committere poteſt *l. 18. C. de fid. inſtr. Nouel. 60. cap. 2.*

JURE NOSTRO omni caſu aliis teſtium examen recte demandat, multitudo enim negotiorum judici ſaepius non permittit, vt operoſo & multis difficultatibus implicito teſtium examini intereſſe poſſit. Litigantibus vero nullum exinde imminet praeiudicium, cum ſaluae ſint contra examen teſtium exceptiones *P. I. tit.* 20. *§. 6.*

§. XXIX.

Cum ocularis inſpectio antiquiſſima ſit probatio, judex quoque facile ſententiam ſuam concipere poſſit, cognito quaeſtionis loco DN. BOENIGKE *in practic. practic. cap. 21.* JURE CIUILI incognita quidem non eſt, magiſtratus tamen haud ipſe obibat loca, ſed mittebat ſuos menſores & architectos qui ipſi renunciabant *l. 3 §. 4. l. vlt. §, 3. ſi menſ. falſ. mod.*

APUD NOS ſi pars litigans altera petit, ocularem inſpectionem duae perſonae ex magiſtratu, vel aediles aſſumtis architectis vel peritis rerum aeſtimatoribus juratis ad locum inſpiciendum pergunt, nec aliorum fidei tantum robur ineſſe credunt, vt ſecundum illam litem dirimant *P. I. tit. 20. § vlt. & P. IX. tit. 5. §.* die Zimmerleute *& tit. 8. §. 1.*

§. XXX.

JURE CIUILI nullum inſtrumentum licet et-

iam liquidiſſimum ſit, habet paratam executionem; ſed actione prius experiendum, & cognita cauſa demum ſententia ferri debet *l. 1. l. 2. C. de except rei. iud. l. 9 C. de O. & A.* neque hoc jure non licet contra cautiones à ſe datas intra biennium opponere exceptionem non numeratae pecuniae *l. 14. C. de non num. pec.*

JURE vero NOSTRO inſtrumenta fide digna, cauſam turpem non continentia, & ſponte data, paratam habent executionem, quod etiam de Saxonia teſtatur. CARPZ: *P. I. Conſt. 17. def. 32.* & plurimorum locorum conſuetudine certum ait LAUTERBACH *ad Jus Würtenberg. P. I.* §. *90.* conf. *Jus Hamburg. P. I. tit. 20. art. 2.* Immo apud nos contra literas ac ſigilla clara nulla admittitur exceptio, niſi jam praeſtitae ſatisfactionis, aliis omnibus in reconuentionem reiectis *Ord. noſtr. polit. P. II. tit. 12.*

§. XXXI.

JURE CIUILI arreſta judicialia ſunt incognita, quia ſunt ſpecies executionis, ab execeutione autem nunquam inchoandus eſt proceſſus, ſed debitor prius legitime eſt conuincendus, ac poſtea ad ſolutionem pulſandus eſt *l. 58. ff de re jud l. vn. C. de prohib. ſequeſtr. pec. l. vlt. C. de execut. rei jud.*

JURE NOSTRO maxime ſunt vſitata, & ex duabus cauſis competunt, petimus enim vel propter ſolutionem ſiue ſatisfactionem quae nobis debetur, ad conſequendum jus pignoris & obtinendam aſſignationem in ſolutum, vel propter meram ſecuritatem vt cautionem vel fideiuſſores impetremus *P. I.*

tit. 7.

tit. 7. §. 4. in fin. Eſt tamen remedium ſubſidiarium *ibid.* Andere wege dann durch *Arreſt.* ambagibus fori Saxonici vtplurimum reiectis.

§. XXXII.

JURE CIUILI exceptionibus aut diſputationibus partium certus numerus non eſt praefixus & determinatus, ſed etiam vltra triplicas & quadruplicas progredi ipſis non eſt prohibitum *§. 2. & 3. I. de Replic. l. 2. §. 2. 3. ff. de except.*

JUS NOSTRUM poſt duplicas nullos alios libellos ſubmiſſoriales, vel quasuis alias ſcripturas admittit, quare duplicae ſuae noua immiſcere prohibetur reus, qui ſi talia adiecit oborta calumniae ſuſpicione, juramento purgare ſe debet, quod illa antea neſciuerit, quo caſu tandem triplicae permiſſae ſunt *P. I. tit. 11. §. 6.*

§. XXXIII.

Qui judicio reali condemnatus eſt JURE CIUILI dilatione nulla fruitur, ſed ſententia ſtatim executioni eſt mandanda, & reus in continenti debet rem reſtituere, aut pati, vt ipſi manu militari illa auferatur *§. & ſi in rem 2. I. de off. jud. l. 68. ff. de R. V.* niſi ex juſtiſſima cauſa judex reo tempus aliquod indulgeat *l. 11 de R. V.* Perſonali actione conuictus olim arbitrarium *v. l. 31. ff. de re jud.* jure Codicis quadrimeſtre ſpatium ad ſolutionem habet *l. 2. l. 3. §. 1. C. de vſur. rei jud.* nec creditor ſtatim cum ſacco venire debet *l. 105. ff. de ſol. l. 33. de vſur.*

JURE NOSTRO qui per ſententiam ſoluere juſſi ſunt ex perſonali cauſa: in Schuldſachen aut ex

reali

reali jure: andern Haab und Guth betreffenden Sachen aliquid dare debent, his pro primo ſolutionis termino datur vnus menſis, quo praeterlapſo intra quatuordecim dies, & denique intra vnius diei naturalis ſpatium Bey Sonnenſchein judicato ſatisfacere tenentur *P. I. tit. 24. §. I.*

§. XXXIV.

JURE CIUILI *vid. ſupr. h. c. §. I.* judex ſiue male ſiue bene judicauerit, ſententiam ſuam corrigere non poteſt *l. 55. ff. de re jud.* & petitio declarationis hoc jure hunc tantummodo habet effectum, vt verbum in ſententia obſcurum explanetur arg. *l. 4. §. 1. de appell.* Contra judicis ſententiam ab effectibus rei judicatae ſuſpendendam paratum erat remedium appellationis.

APUD NOS vt & in pluribus judiciis introductum eſt beneficium leuterationis, quae ex foro Saxonico ad nos tranſiit, & hunc habet effectum, vt non tantum judicis ſententiam obſcuram explanet & declaret, ſed eam quoque in totum à viribus rei judicatae ſuſpendat. In eo tamen multum diſtat à remedio ciuili appellationis, quod illud deuolutiuum & ſuſpenſiuum ſimul, hoc ſolum ſuſpenſiuum ſit *P. II. tit. 22. §. 1.* quamuis argumentum ab vno ad alterum valeat CARPZOV. *P. I. Conſt. 19. def. 1.*

§. XXXV.

JURE CIUILI ſi quis ſententiam impugnare velit, ſufficit dicere: Appello, quod quidem ad illud proficit, ne judex interea aliquid innouare poſſit, non impedit tamen, quo minus appellatio deſerta fiat, ni-

at, niſi quis intra triginta dies apoſtolos petierit *l. vn. ff. de libell. dimiſſor. l. 24. C. de de appell.* Hoc tempus vero incipit currere a tempore latae ſententiae, non a die interpoſitae appellationis CAPZOV. *P. I. Conſt. 20. def. 7.*

JURE NOSTRO neceſſaria non eſt apoſtolorum petitio, ſed eorum loco intra decendium a lata ſententia computandum requiri debent ab appellante acta primae inſtantiae *P. I. tit. 25. §. 1.* id quod multorum locorum judiciis commune eſt, vti obſeruatur in Camera *Ord. Camer. P. II. tit. 30. pr. §. 12.* & ſummo tribunali Wiſmarienſi, teſte MEVIO *P. I. deciſ. 36.* conf BOCER *Claſſ. VI. diſp. 34. n. 82.*

§. XXXVI

JURE CIUILI terminus introducendae appellationis varius eſt, ita vt pro ratione circumſtantiarum, cauſarum & judiciorum diuerſus ſit conſtitutus in *l. 1. 2. C. de temp. appel. l. 5. C. de appellat.*

JURE NOSTRO introducendae appellationi certum tempus praefinitum eſt, nimirum proxima juridica, quae poſt lapſum decendium in judicio noſtro ſuperiori ſequitur *P. I. tit. 25. §. 1.* Cum enim appellationes in vno eodemque loco a judicio inferiori ad ſuperius: vom Unter an das Obergericht fiant, non indiget appellans ampliori ſpatio, ſed hoc ipſi ſufficere debet. Aliorum judiciorum mores videſis apud MARTINI *ad proc. Saxon tit. X. §. 6. n. 257. ſeq.*

§. XXXVII.

JURE CIUILI magiſtratus municipalis in in-

M tegrum

tegrum reſtituere neminem poteſt *l. 26. §. 1. ad Municip.* quod nec jure Codicis in *l. fin. Vbi & apud quem. cognit. in integr.* mutatum. BACHOV *ad Treutl. Vol. I. diſt. XI. th. 1. lit. C.* Scilicet reſtitutio in integrum continet temperamentum rigidae juſtitiae, hanc autem Romani temperari volebant per magiſtratum majorem.

Hodie cum magiſtratibus omnibus etiam jurisdictionem inferiorem habentibus poteſtas in integrum reſtituendi competat, *Sfortia* ODDUS *de reſtit. in integr. Q. 23. art. 4.* GIPHAN: *ad cit. l. fin. C.* eo minus dubitandum de MAGISTRATU NOSTRO jurisdictione ſuperiori praedito, quod eo certius patet ex textu juris noſtri *P. II. tit. 1.* §. Alſo kan *in m. & P. III. tit. 1. §.* Und ſo dann.

CAPVT VI.

DE JURE PERSONARUM.

§. I.

JURE CIUILI poſt vigeſimum quintum annum virilis vigor completus habetur *l. 1. §. 2. ff. de minor.* hinc minorennitatem non niſi 25. annis completis abſolui voluerunt legislatores Romani *v. l. 3. §. 3. ff. d. t.*

Terminus minorennitatis in Germania non vnus eſt. Sic JURE NOSTRO major eſt qui vigeſimum primum aetatis annum expleuit. *P. II. tit. 1.* §. Ein Minderjähriger quod nobis commune eſt cum Saxonibus *v.* Landrecht *L. I. art. 42.* Vnde

termi-

terminum in *l. 11. de Decur.* & *l. 8. de munerib.* praeſcriptum apud nos non obſeruari videmus. Hamburgenſi jure eſt 18. annorum *ſtatut. Hamburg. P. I. tit. 9. art. 1.* & *P. III. tit. 6. art. 21.* Plura ſtatuta habes apud GISEBERT. *in peric. ſtatutor. art. V. n. 66. ſeq.*

II.

Inter alios JURE CIUILI vſitatos patriam ſolvendi modos primas vices obtinet emancipatio, quae coram competente judice fieri debebat §. *8. I. quib. mod. patr. poteſt. l. fin. C. de emancip.* Et quamuis hoc jure per geſtionem pro patrefamilias patria poteſtate liberari poſſe filiumfamilias dixeris, per *l. 1. C. de patr. poteſt.* attamen inſuper diuturnitate temporis à parte patris, qui res filii vt patrisfamilias agi paſſus eſt, requiritur *d. l. 1.*

MORIBUS NOSTRIS liberi minorennitatis annos egreſſi quando ſeorſim à patribus habitare incipiunt, remque familiarem propriam inſtituunt, aut propriam negotiationem exercent, ſtatim patriae poteſtatis nexu liberantur, adeo quidem vt ſi illorum quispiam redux factus ad patrem reuertatur, ab eoque alimenta capiat, non tamen iterum patriae poteſtati ſubiiciatur *P. II. tit. 1.* §. wann ein Kind.

§. III.

JURE CIUILI patris conſenſus in conciliandis nuptiis vel ſponſalibus adhiberi debet ob patriam poteſtatem, *pr. I. de Nupt.* hinc patris emancipatoris, vel matris, vel per matrem aſcendentium conſenſum adhibuiſſe, non eſt abſolutae neceſſitatis *l. 25. ff. de R. N.*

 Aliud

Aliud vero de JURE NOSTRO dicendum, vbi non ob patriae poteſtatis vinculum, ſed ob debitam parentibus reuerentiam conſenſus adhiberi jubetur, vnde non tantum patris à quo forte jam libertati ſunt liberi, ſed & matris, immo his deficientibus aui materni conſenſus eſt impetrandus *P. III. tit. 1.* §. würde ſich demnach. Neque ſubſiſtunt ſponſalia omiſſo matris conſenſu peracta per ſubſequentem copulam carnalem, cum etiamſi haec acceſſerit, nihilominus altera pars ad conſummandum matrimonium cogi non debeat per *Conſtitutionem piae memoriae Ducis* GEORGII WILHELMI *de anno 1678. ibi* Obgleich der Beiſchlaff darauf erfolget.

§. IV.

JUS CIUILE proclamationem antenuptialem ignorat, neque minus benedictionem ſacerdotalem, habebant tantummodo ſuam ſolennem in domum ſuam deductionem Romani de qua in *l. 5. de R. N. l. 66. de donat int. vir. & vxor.* Illam neceſſario voluit quidem Imperator Leo in *Nouel 74. & 89.* ſed quantae auctoritatis illae conſtitutiones apud nos ſint. v. CUIAC *LXVII. Obſ 3.* Antiquitus fuit quidem benedictionis ſacerdotalis aliquis ritus vti teſtatur TERTULLIANUS *libr. de Monogamia cap. XI.* cum & Epiſcopi illam fidelibus ſuis injunxerint *v. can. Aliter 1. Q. 5. C. 30.* Publica vero lege demum in *Concilio Cartaginenſ. IV. in can. 13.* ſancita ſit.

Hodie cum omnium conſiſtoriorum praxis hierologiam praemitti jubeat, & JUS NOSTRUM eandem obſeruare manifeſtum eſt. Proclamatio antenuptialis

ptialis autem ſicut in eccleſia primaeua non reperitur CLASEN *de jure legitim. in prooem.* adeo vt eandem tanquam ſpecialem aliquorum locorum conſuetudinem generaliter prorogauerit demum Seculo XIII Papa INNOCENTIUS III. *v. cap. 3. X. de clandeſt. deſpon.* ita tam rigide aqud nos adhiberi debet, vt eam negligentes vrbe emigrare compellantur. *P. III. tit. 2.*

§. V.

JURE CIUILI qui conſtituti ſunt in ſecundo affinitatis gradu ordinis transuerſi, coniugio copulari prohibentur, caeteris vero vlterioris gradus affinibus matrimonio jungi interdictum non eſt §. 6. *I. de Nupt. l. 14. pr. §. 1. & l. 15. ff. de R. N. l. 4. §. hos itaque ff. de gradib.*

JURE NOSTRO qui tertio affinitatis aut conſanguinitatis gradu ſe inuicem attingunt, ſiue ſint lineae aequalis ſiue inaequalis, illis ſe inuicem conjuges appetere prohibitum eſt *P. III. tit. 3.* Vt autem ſciant an non forte gradus proximitas futuris nuptiis ſit obſtaculo, debent adire Confeſſionarium ſuum, cui deſuper cognoſcere, illosque certiores reddere iniunctum per *Conſtitutionem ſacrat. memor. Ducis* GEORGII WILHELMI *de anno 1687.*

§. VI.

JURE CIUILI quin matrimonium per praecedentia ſponſalia contractum perfectum ſit, nemo dubitat, adeo vt ſi alteruter ex coniugibus celebratis nuptiis ante deductionem ad thalamum decedat, ſuperſtiti coniugi portio bonorum eodem jure debita

vel pactis promiſſa, ſit adiudicanda *l. 15 ff. de Condit. & demonſtr. l. 6. de R. N. l. pen. pr. ff. de don. int. vir. & vx. l. 30. de R. I.*

JURE tamen NOSTRO vt coniux ſuperſtes portionem ſtatutariam vel ex pactis dotalibus debitam conſequi poſſit, requiritur, vt matrimonium non tantum per ſacerdotalem benedictionem in facie eccleſiae ſit perfectum, ſed vt thalami conſcenſio acceſſerit neceſſe eſt *P. III. tit. 6. §. pen. & vlt. v.* Und daſ trauff das Eheliche Beylager gehalten. Carnalis coniunctio non eſt neceſſaria ex mente juris Saxonici Landrecht *L. I. art. 45.* Diſſ. *Hartwig. à* DASSEL *in conſuetud. Luneburg. art. 8. n. 11.*

§. VII.

JURE CIUILI nuptiae ſunt quidem ſpecies ſocietatis *l. 1 ff. de R. N.* adeo, vt ex ſocietate vitae domina quodammodo fiat vxor rerum mariti *l. 1. ff. rer. amotar.* & particeps ſit omnis fortunae *l. 22. §. 7. ſol. matr.* Haec vero ſocietas eſt tantum matrimonialis & ad cohabitationem directa COUARRUVIAS *de matrim. P. II. cap. 7. §. 1. n. 5.* nec ſequitur inde communio lucri, ſed dos ſola vxori reſtituitur, fructibus pro matimonii oneribus ferendis, apud maritum permanentibus *l. 7. §. 1. de jur. dot. l. vn § 9. C. de R. V. A.* confer. PECK. *de teſtam. int. coniug. L. II. cap. I. n. 1.*

JURE NOSTRO aliqualis & anomala quaedam ſocietas inter coniuges deprehenditur, per procreationem ſobolis demum conſtituta, quod innuit §. weil auch *tit. 13. P. II. vbi*: Kinder in ihren Ehe-

ſtand

ſtand zeugen cui ſocietati adſcribenda obligatio vxoris ex cauſa aeris alieni pro marito *cit.* §. diuiſio bonorum aequalis vno coniugum defuncto inter ſuperſtitem & liberos facienda, & rdddendae rationis neceſſitas *P. VI. tit. 1. §. 2.* & quod haereditatem liberis ratione defuncti parentis delatam ex aequali parte vxor vel maritus capiat *P. VI. tit. 12.* damnumque & commodum omnium bonorum cum liberis commune habeat, quamdiu non ſecunda vice nupſerit. *P. VI. tit. 19.* quae tamen omnia ſine exiſtente communione concipi nequeunt SICHARD. *ad rubr. Cod. com. diuid.* MEUIUS *ad Jus Lubec. P. I. tit. 5. art. 5. n. 23. 24.*

§. VIII.

JURE CIUILI donationes inter coniuges ſunt prohibitae, ne mutuo amore inuicem ſpolientur, accedebat, quod eo jure diuortia eſſent frequentiſſima, ita proſpiciendum eſſet, ne mulieres immodicis largitionibus redderentur indotatae *l. 1. l. 2. ff. de donat. int. vir. & vxor.* niſi maritus forſan donaret propter nuptias *l. vn. C. de don ant. nupt.* Plures exceptiones habes apud MEUIUM *ad Jus Lub. in rubr. P. I. tit. 6. n. 48. ſeq.*

JURE NOSTRO coniuges ob quamcunque honeſtam cauſam ſibi inuicem donare poſſunt, modo donatio non ſit immodica nimis, aut ſaepius repetita fraudulentae perſuaſionis prae ſe ferat indicia. Quodſi liberi adſint, ita liberalitatem ſuam temperent ne laedatur legitima, alias enim ab ipſis vel illorum conſanguineis repeti poteſt donatum. *P. III. tit. 8.*

Nec

Nec obſtat communio bonorum, quae, vt dixi, valde anomala & irregularis eſt cum ſocius praeterea ſocio recte donet. Jus Lubecenſe requirit in donationibus iſtis liberorum conſenſum *P. I. tit. 6. art. 1.*

§. IX.

JURE CIUILI maritus quidem fit dominus dotis *l. 13. §. 2. ff. de fund. dot.* & poteſt eam ſi res mobilis eſt alienare, licet ſeruando ſeruari poſſit; *l. 21. de manumiſſ. l 3. C. de jur. dot. l. 1. C. de ſeru. pign. dat.* fundum autem aut aliam rem dotalem immobilem ſine conſenſu ipſius vxoris alienare non poteſt, oppignorare autem plane prohibetur, etiamſi coniugis accedat conſenſus *l. vn. §. 15. C. de R. V. A.*

Longe maior ſecundum STATUTA NOSTRA eſt poteſtas, qui ſi vel vnicam prolem ex vxore procreauerit, viuente vxore liberrimam de omnibus ſuis vel coniugis ſuae bonis quoduis ſtatuendi habet poteſtatem, ſiue ea ſint mobilia ſiue immobilia, auita, aut acquiſita, quae ſi mortua ſit, rem haereditariam auitam (Erbguth) ſine liberorum conſenſu alienare nequit *P. VI. tit. 10. § 1. 2.*

§. X.

JURE CIUILI facillima erant diuortia, ita vt etiam ſine cauſae cognitione, aut exſpectato deſuper judicis decreto, ſolo diſſenſu mutuo ſoluerentur matrimonia *l. 9 ff. de diuort. Nouel. 22. cap. 4.*

JURE NOSTRO poſt diligentem cauſae cognitionem, publica auctoritate coniuges ob legitimas tantum cauſas ſeparantur *P. III. tit. 10.* ſi cohabitare nolit pars nocens vrbe excluditur, ſi vterque

eorum

eorum eſt in culpa, ambo eliminantur *P. VIII. tit. 31. §. 1. 2.*

§. XI.

Inter plurimos patriae poteſtatis effectus & hic JURE CIUILI erat, quod pater in teſtamento filio ſuo impuberi ſub poteſtate exiſtenti poſſet tutorem dare qui vlteriori confirmatione non indigebat *l. 1.* §. 1. *l. 2. ff. de confirm. tut.* mater vero non poterat tutorem dare ſine confirmatione *l. 4. d. t.* Hodie cum Jure Imperii nouiſſimo omnium tutorum neceſſaria ſit confirmatio per *R. I. de anno 1548. & 1577. tit.* von der Pupillen und Minderjährigen *Tutoren §. 32.* nec aliter voluerunt

STATUTA NOSTRA, vbi indiſtincte vel à patre vel a matre datus tutor à magiſtratu confirmandus eſt *P. VII. tit. 1. §.* Die nun.

§. XII.

JURE CIUILI ſi in teſtamento nullus tutor eſt datus, onus tutelae ad illum deuoluitur qui pupillo mortuo ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, cum ad quos ſpectat ſucceſſionis commodum, ad illos merito etiam ſpectare debeat tutelae incommodum *pr. & §. 2. I. de legit. agnat. tut. l. 1. pr. ff. eod. l. 73. de R. I.*

JUS NOSTRUM cognationis vinculum aut gradus proximitatem non adeo attendit, ſed ſi nemo tutor in teſtamento eſt nominatus, is cui teſtamenti exſequendi cura a teſtatore eſt commiſſa, onus tutele ſubire debet, praeferturque omnibus legitimis *P. VII. tit. 1. §* hätten aber. Concordat *Reform. Norimberg. tit. 39.*

§. XIII.

JURE CIUILI nouiſſimo, teſtamentario tutore haud exiſtente, aut ante teſtatorem decedente, tutela defertur cognatis indiſtincte, ſiue per virilem ſiue per muliebrem ſexum jungantur. *auth. Sicut haereditas C. de legit. tut. Nouel. 118. c. 5.* qua correctus eſt textus in *§. 1. I. de legit. agn. tut.*

JURE NOSTRO inter legitimos praefertur proximus agnatus der negſte Mannes-Nahme *P. VI. tit. 1.* §. wannn ſie aber & *P. VII. tit. 1.* Hätte aber quod ex Saxonum jure reliquum videtur *v.* Landrecht *L. I. art. 23.* Weichbild *art. 49.* Si plures itaque eodem gradu agnati concurrunt, dicendum: etiam apud nos praeferri qui aetate maior eſt, quamuis de jure communi omnes admittantur *§. vlt. I. de cap. dim. auth. Sicut. baereditas C. de legit. tut.*

§. XIV.

JURE CIUILI ſi mater reliquique cognati ad quos haereditas pupilli deceſſuri pertinet, intra annum tutorem non petierint, haereditate ſperata priuantur, modo intra pubertatem deceſſerit pupillus; *l. 2. §. 1. ff qui pet. tut. l. 10. C. de legit. baered. l. 3. C. ad SCt. Trebell.* Quod tamen ita temperandum, niſi per ſtatutum tutela aliis defertur, quo caſu matri tutores liberis petere negligenti nil imputandum cenſet BALDUS *in l. mater. 5. C. ad SCt. Tertull:* Curatores vero ſub tali neceſſitate liberis petere non tenetur *l. 6. C. qui pet. tutor.*

JURE NOSTRO ſi pater in teſtamento ſuo nil certi de tutoribus conſtituit, proximi agnati STATIM

poſt

poſt mortem patris magiſtratui conditionem pupilli exponere, tutoresque petere ſub jactura juris ſuccedendi jubentur. Si non adſint cognati, nec mater liberorum ſuorum tutelam ſubire velit, ipſa ſub eadem poena intra terminum Saxonicum liberis tutores procurare debet *P. VII. tit. 1.* §. hätte aber *ſeq.* Idem dicendum de petitione curatoris moribus noſtris, cum vox Vormünder etiam ad curatores extendatur *v.* §. *22. ſeq.*

§. XV.

Numerus liberorum ternarius, aetas ſeptuagenaria, aduerſa valetudo &c. JURE CIUILI liberant à tutela delata *pr. I. de excuſ. tut. l. 2. pr. l. 18. ff. h. t. l.* 1. *l.* 2. *C. qui num. liber. ſe excuſ.*

Non ita ſimpliciter JURE NOSTRO hae cauſae a ſuſcipienda tutela aliquem immunem reddunt, ſed magiſtratus arbitrio diiudicandum committitur an ad declinandum hoc onus publicum ſufficiant *P. VII. tit. 1.* §. wie wohl aber Concordat *Jus Hamburgenſe P. III. tit. 6. art. 12.*

§. XVI.

Ne cautiones & probationes interuertantur JURE CIUILI nouo creditores & debitores pupilli tutelam eius ſuſcipere prohibentur Nouel. 72. cap. 1, 2. 3. quae prohibitionis ratio cum ſit generalis, non admittit limitationem in tutoribus teſtamentariis quos teſtator debitores eſſe ſciuerat, vti vult CARPZOV. *P. II. Conſt. II. def. 19.* Conf. BRUNNEMANN. *Conſ. II. n. 123.*

JURE NOSTRO poteſt quidem tutor eſſe mi-

noris debitor vel creditor, modo debitum vel creditum coram magiſtratu profiteatur, quod tamen tam ſtricte obſeruari debet, vt alias poenam amittendae actionis incurrat. *P. VII. tit 1.* §. wer nun

§. XVII.

Tanta de JURE CIUILI ſatisdationis neceſſitas incumbit tutoribus legitimis, vt captis pignoribus ad illam cogantur *pr.* & §. *3. I. de ſatisdat. tut.* & quicquid absque ea geſtum eſt nullum ſit, *l. 4. C. in quib. cauſ. in integr. reſt.* Praeterea requiritur vt iidem ſolenne & corporale praeſtent juramentum de promouendo pupillorum commodo, & auertendo incommodo *l vlt. §. 5. C. de curat. fur. Nouel. 72. cap. 8.* Pertinuit hoc quidem primum ad curatores furioſorum, dein vero ad omnes curatores extenſum eſt per *c. Nouel.* De tutoribus expreſſe nil habetur in jure ciuili, bene autem *R. I. de anno 1577. tit. 32. §. Item* das nach geſchehener.

Multis in locis vti haec ſatisdatio & juramenti praeſtatio non recepta ita APUD NOS etiam incognita eſt, nec vlla cautio, niſi ab extraneo & peregrino requiritur, ſed eorum loco recepta eſt promiſſio quaedam juramenti loco facta an Eydesſtatt / qua adminiſtrationem ſecundum legum praeſcripta ſe geſturos ſpondere debent tutelae munus ſuſcepturi, ſiue ſint teſtamentarii ſiue legitimi *P. VII tit. 1. §.* wer nun.

§. XVIII.

JURE CIUILI ſi tutelam diuiſit teſtator vel judex, ſinguli ſuam partem adminiſtrant *l. fin. C. de auctor. praeſt. l. 2. C. ſi. ex plurib. tut.* nec qui non conſenſe-

ſenſerunt poſſunt conueniri *l. 2. 3. C. de diuid. tutel.*

JURE NOSTRO ſi vnus tutor partem ſuam ſeparatim agat, nihilominus etiam reliqui de ea tenentur, ſingulorum enim auctoritas in ſingulis negotiis requiritur *P. VII. tit. 1. §.* Nach dem.

§. XIX.

JURE CIUILI nouo tutores pecuniam pupillarem foenori exponere regulariter neceſſum non habent *Nouel. 72. c. 6. auth. Nouiſſimo C. de adminiſtr. tut.* quamuis hoc jure digeſtorum *v. l. 3. §. 2. l. 13. §. 1. ff. de adminiſtr. tut.* & jure Codicis *l. 24. C. d. t. l. 42. §. 7. C. de Epiſcop. & Cleric* illis mandetur.

Praxis quae Nouellarum jus correxit APUD NOS aliam introduxit conſuetudinem, ita quidem, vt pecuniam numeratam, vel ex rebus venditis redactam ad pupilli ſuſtentationem non neceſſariam, tutores collocare debeant. *P. VII. tit. 1. §.* zum andern.

§. XX.

JURE CIUILI quando tutores pecuniam pupillarem in ſuos vſus conuertunt, tenentur ad vſuras conteſimas *l. 54. ff. de admin. tut.* quae quidem non leguntur abrogatae in *l. 24. C. de vſur.* vti volunt quidam *v.* STRYK. *in V. M. tit. de admin. tut.* §. *21.*

Cum moderna praxi *v. ſupr. Cap. III.* §. *16.* vſurarum modus fere vbiuis ſit aequalis, JURE NOSTRO hoc caſu pupilli ſolitis, Imperiique legibus approbatis, quas a quolibet alio accipere potuiſſent, vſuris contenti eſſe debent *P. VII. tit. 1. §.* Trügliches *ſeq.*

§. XXI.

Non niſi finita demum tutela de JURE CIUILI ad rationes ſuae adminiſtrationis reddendas obligantur tutores, proinde nec prius actione directa a pupillis ſuis conueniri poſſunt *l. 1. pr. & §. 3. l. 9. §. 4. l. 18. in fin. ff. de tut. & rat. diſtr. l. 14. C. de admin. tut.*

JURE NOSTRO tutores ſingulis annis auff eine der 4. Quatember zeiten rationem adminiſtrationis ſuae reddere debent *P. VII. tit. 1. §.* **zum Fünfften** / id quod pupillorum commodis haud parum conducit, ſic enim ex rationibus ſtatim conſtabit, quales in adminiſtrandis rebus pupillaribus ſe geſſerint, vt eo citius ſi male verſentur ſuſpecti fieri remouerique poſſint. Legibus Imperii noſtri magiſtratui aut propinquis ſingulis annis rationem exigere permiſſum eſt *R. I. de anno 1548. tit.* **von den** *Pupillen §. Item* **daß ꝛc.** Hoc etiam tenet Saxonia *v. P. II. conſt. 10.*

§. XXII.

JURE CIUILI tutela finiebatur pubertate, i. e. in maſculis decimo quarto, in foeminis duodecimo anno completo *pr. I. quib. mod. tut. fin. pr. I. de pupil. ſubſtit* ne qui tutor fuit, cogitur eiusdem pupilli curatelam ſuſcipere §. *18. I. de excuſ. tutor. l. 16. ff. l. 20. C. d. t. l. 1. C. quand. tut. vel curat. eſſe deſ.*

Generali locorum conſuetudine ait GAIL. *L. II. Obſ. 96. n. 1.* receptum eſt, vt adminiſtratio tutelae continuetur & porrigatur vsque ad legitimam aetatem, quae eſt plena maiorennitas, quod & NOSTRA NOMOTHESIA ita cautum, vbi qui tutor fuit, idem

idem nec curatoris officium declinare poſſit, finiturque tutela demum vigeſimo primo aetatis anno abſoluto *P. VII. tit. 1. §.* weil dann biſhero *& ſeq §.* demnach. Idem tenet Jus Lubecenſ. MEUIUS *L. I. tit. 7. art. 1.* Jure Hamburgenſi poſt pupillorum adeptam pubertatem iidem tutores illorum curam ſuſcipiunt *P. III. tit. 6. art. 21.*

§. XXIII.

JURE CIUILI nuptiae non ſunt modus tollendi curatelam vel tutelam, quod ex eo conſtat, quod maritus non poſſit eſſe curator vxoris ſuae, jam vero ſi adhuc nuptae curator datur, certum eſt, nubenti tutorem vel curatorem non adimi *l. 2. C qui dar. tut. junct. pr. I. de curator.* §. *19. I. de excuſ l 4. & 17 C. eod.*

JURE NOSTRO terminus curatelae in foeminis durat vsque dum nubant, & ita foemina maiorennis etiam ſubiacet curatelae *P. VII. tit. 1. §.* demnach ſollen diejenigen quodſi intra minorennitatis tempus matrimonium contrahunt, a cura ſtatim per nuptias liberantur *§. ſeq. d. l.*

§. XXIV.

Vt in conciliando matrimonio conſenſum curatoris impetret minor, JURE CIUILI opus non eſt, cum nubere ſuo arbitratu pupilla poſſit *l. 20. ff. de R. N. l. 8. C. de Nupt.* Curatoris enim conſenſus tantum neceſſarius eſt ad tale negotium, quod patrimonium minoris concernit *d. l. 20.* STRYK *in V. M. tit. de ſponſal.* §. *10.*

Abit iterum hic JUS NOSTRUM a diſpoſitione juris ciuilis, dum praecipit ne in contrahendis ſponſalibus vel nuptiis conſenſum curatoris adhibere ſuperſe-

perſedeant nupturi, quare ſi hoc neglecto ex nuptiis peractis minor laeſus conſtiterit, contractus reſoluitur, ipſe vero magiſtratus arbitrio coercetur *P. III. tit. 1.* §. Und ſo den jungen.

§. XXV.

JURE CIUILI actio tutelae eſt perpetua, hinc finito officio per 30. annos a pupillo adhuc poteſt inſtitui *l. 1. § 23. ff. de tut. & rat. diſtr. l. 8. C. arbitr. tutel. l. 3. quib. non objic. long. tempor. praeſcr.* nec curator ad liberationem poteſt agere *d. l. 8.*

Ne finito officio in aeternum ſibi metuant curatores, aut poſt multos annos eorum haeredes actione laceſſantur, JURE NOSTRO poſt adeptam maiorennitatem intra biennium contra curatorem aut haeredes agere debent illi qui ſub cura fuerunt. Hoc vero tempore elapſo, nulla tutelae vel curatelae nomine contra eosdem illis competit actio *P. VII. tit. 1. §. pen.*

§. XXVI.

JURE CIUILI ſi bonis debitorum periclitantibus curator conſtituitur, ille debet ſatisdare, quo magis aduerſus damna ſecuri poſſint eſſe creditores *l. 3. C. de poſtlim. reuerſ.* poteſt vero bona debitoris priuata auctoritate vendere ex iisque creditoribus ſatisfacere *l. fin. ff. de Curat. bon. dand.*

JURE NOSTRO non ſatisdat, ſed nude tantum ſub obligatione juramenti ciuici bey bürgerlichen Eydes pflichten promittit, bona ſe legitime adminiſtraturum, vendere autem de bonis nil quicquam poteſt priuata auctoritate, ſed debet deſuper exſpectare decretum aut conſenſum magiſtratus *P. VII. tit. 2.* §. damit nun *ſeq.*

S. D. G.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE